

Chm.  
627

28.

Aug. Aristot. ment. Euseb. de Preparatione  
 Evangelica: In principio. Tri Octum et Calo.  
 Item Josephus in Antiquitate: Libo xij: Calo 2.



BIBLIOTHECA  
 REGIA  
 MONACENSIS

8140. n309


627.

MSC. Lat. 627.



EX ELECTORALI BIBLIOTHECA  
SERENISS. VTRIVSQ. BAVARIAE  
DUCUM.





MATHIAE PALMIERI IN ARISTEAM DE INTERPRETATIONE LXX INTERPRETVM AD S. D. PAVLVM II. P. MAXIMVM. PRAEFATIO.



VM. ET AN-

tea semper be-  
atissime pontifex  
intellegerim

S. tuam in per-  
quirendis ma-

iorum nostrorum splendidis gestis +  
mirifice oblectatam: & nunc quo am-  
plior sis eo maiori quoq. ut par est stu-  
dio excellentium uirorum magnifica  
queq. perquirere: cum alia quidem om-  
nia tum ea maxime que uel ad diu-



ni cultus ornatum pertinent: uel ad  
sacras patrum nostrorum institutio  
nes firmandas illustrandasq; duci ui  
deantur: quod profecto studium  
non ab re sacro pectore ab incun  
te etate tam firmissimo animi in  
stituto diuinitus inhesisse omnes  
persensimus: sed ueluti in reddendis  
populo uiribus iustitiq; seruanda  
magnos excellit patres: sic etiam in  
emendandis hominum moribus,  
ac sacris ad ueram pietatem institu  
endis perficiendisq; summorum ui  
rorum gesta ceu exemplar sibi ani  
mo proponat: quod aut imitetur  
egregie aut longe exuperet: rem  
plane summo pontifice dignam: &





que hactenus uix paucis diuino ne  
 pe munere contigisse fertur uiris  
 quidem cum omni uirtute sumis  
 tum amplissimis opibus accumula  
 tis: ex quorum numero si unum  
 aut alterum coram uisendum. S.  
 tue adduxero: neminem factum  
 meum reprehensurum arbitror:  
 Leget igitur. S. tua: si quando ab  
 ingentium negociorum quibus as  
 siduo obruitur cumulis: parum oti  
 surripere ualebit breuem aristote  
 uiri quidem clarissimi de. Lxx. in  
 terpretibus libellum pridem latinū  
 a me factum. In cuius profecto le  
 ctione beatissime pater sacras sum  
 morum pontificum uestes uasa phi

alaf crateres mensamq auream / tū  
ipsius sacerdotis ac templi ornatum  
omnem sic cernere putabit : ac si ea  
omnia coram ante oculos lustranda  
exponerentur. Adduntur preterea /  
quod iocundissimum est legenti / cū  
sapientissimorum uirorum dicta  
responsaq grauissima / tum mira q̄  
dam ac prorsus diuina sacrorum ob  
seruatio. Accedunt ad h. ec quales q̄n  
q̄ maximi & potentissimi regis erga  
sacerdotem ipsum cultus honoresq̄  
seruentur. Ex quibus rebus facile  
colligi poterit : quanta maxima  
laude extollenda sit. S. tua : cum  
neglectus diu dei cultus ac clerus  
ipse improborum insolentia pene

conculcatus tua incredibili industria  
 tuo labore & diligentia subleuetur  
 exorneturq; ac in ueterem ritum  
 ueluti ab exilio reuocatus summa  
 omnium gratulatione reducatur.  
 Valeat. S. tua serui sui memor. :-

*Artifici ad Philocratem suum  
 de septuaginta interpretibus per  
 Mathiam palmarium & grecorū  
 latinū uersus et hī p̄tati s̄tati*



**H**um per magni semper  
 feceris Philocrates cuius  
 q; rei cognitionem: mi  
 roq; discendi amore te  
 nearis: rem prestantem & cognitu  
 dignam ad te scribere statui: que  
 nuper nobis contigit apud Eleazarū

summum iudeorum sacerdotem.  
Verum etiam quo harum rerum  
facilior tibi foret cognitio: causas  
primum ob quas coacti sumus:  
inde rem ipsam: quam uerissime  
explicare conabor: cum propter  
ipsius <sup>rei</sup> dignitatem: tum propter ea  
quae animo tuo insita est rerum  
omnium noscendi cupiditatem.  
Inest namque id homini prestantis-  
simum: ut ab historicis: uel ab ipsis  
rebus aliquid semper discat. Sic  
enim rudis adhuc animus, & quasi  
infans maxime exornatur: cum  
in initio pulcherrima quaeque & re-  
rum dignissima complectens: pie-  
tatem lege ineffabili rationemque

sequitur. Igitur cum rerum diuina  
 rum notitiam magno studio perqui  
 reremus: & diuina lex sine interpre  
 te cognosci non posset: nos pro eius  
 translatione legationem uel ultro  
 suscepimus ad hunc talem uirum:  
 qui bonitate & gloria & a suis ciuibus  
 & aliis omnibus honoratissimus ha  
 beatur: quiq; magno decori atq; u  
 sui sit: non solum his quibuscum  
 una uersatur: sed ceteris etiam cui  
 bus quocunq; loco sint. Diuina siq;  
 dem lex apud eos membranis cōs  
 cripta litteris hebraicis continetur.  
 Hanc uero rem nos cupide egimus:  
 sumpta a rege proficiscendi occasio  
 ne ex iudeorum colonis: que pri

num a patre huius regis qui urbem  
& prouinciam obtinuit, deducte sit.  
Sed quando in harum rerum menti  
onem deuenimus: dignum duxim?  
eadem tibi aperire: quo maior inde  
esset cognitio. Arburamur te nāq;  
uenerando cultui magis intendere:  
q̄ hominum: & sic sanctas legum in-  
stitutiones inquirere. Quod quidē  
desiderium tuum uel maxime pa-  
tet: quando ex insula ad nos usque  
profectus sis: ea solum gratia ut q̄  
quid ubiq; esset quod animum ex-  
ornaret coram cognosceres. Et e-  
nim primo quę memoratu digna  
uisa sunt de iudeorum genere ad  
te scripsi: sicuti accepi ab eruditiss

5  
simas egypti sacerdotibus uiris qui-  
dem prudentissimis: quo eruditionē  
hanc tuam si quo modo possem uiua-  
rem. Oportet enim acceptas gratias  
omnibus quidem referre: sed ma-  
xime similibus: uerum multo magis  
tibi cui cognita sit uirtus: nec solum  
ex genere ipso fratris morem referat:  
sed & ad decus quidem & pulchritu-  
dinem eodem mecum impetu du-  
caris. Nec enim auri gratia aut cu-  
iusuis pretiosissimarum rerum ad  
inanem gloriam apparatus eos no-  
bis fructus afferunt: quales ab eru-  
ditionis institutione earumq; re-  
consideratione percipimus. Sed ne  
longuis prefati nos ad ostentationē

exercere uideamur: iam redeat un-  
de discessit oratio. Demetrius phale-  
rius quom regie bibliotece preposi-  
tus esset. diligenti cura elaborabat:  
ut ex uniuerso orbe quoad fieri pos-  
set. uolumina comperaret: distri-  
butis per oportuna loca hominibus  
qui libros & emerent & transcribe-  
rent. quo studio demum perfecit:  
ut quantum in se erat. adimpleret  
regis propositum. Nam presentibus  
nobis cum ab eo peteretur. quot li-  
brorum milia congregasset: inqt  
rex: supra ducenta milia in bibliote-  
cam redacta sunt: breuiq. nume-  
rum adimplebo: qui ad quingen-  
torum milia summam ascēdat. nū



6  
tuatur mihi quoque iudeorum leges  
transcriptione dignas esse: ut que  
in biblioteca tua habeantur: quid  
igitur obstat ait: quod te hoc face-  
re prohibeat. Nonne omnia tibi  
in hunc usum prompta subiecta  
sunt. Cum respondisset demetri-  
us interpretatione opus esse: quo-  
niam ita propriis characteribus secu-  
dum eorum linguam iudei uterentur:  
quemadmodum & egyptiarum  
literarum dispositionem  
ad propriam uocem sequantur:  
nam longe falluntur: qui syria  
lingua illos loqui putant: cum a-  
lius sit illorum dicendi modus. &  
Intercipiens ea rex: inquit scriptu-

rum sese ad iudeorum pontificem:  
ut omnia perficiantur. Hic eodem  
tempus adesse ratus sum eos libera-  
di: quos ex iudea regis pater tradu-  
xerat: quaq; pro te sepe rogauerat  
Sofibium tarentinum & Andream  
praefectum corporis custodum.  
Ille enim una cum Andrea exer-  
citum ducentis per caeleam syriam at-  
q; phoeniciam omnia sibi subiecit:  
nam hos quidem in colomiam:  
illos in predam abduxit: cuncta  
terrore prosternens: adeo ut ex  
iudea hominum centum milia  
in aegyptum deduceret: ex quoz  
numero armatis electorum tri-  
ginta milibus eos in prouincias

custodiam disposuit. Antea quoque  
 & multi cum per sis / atque inde alius  
 cum sociis qui aduersus ethiopum  
 regem cum Psammitico missi sunt  
 uenerant : sed non tanta multitu-  
 dine affuerunt / quantum solus &  
 Ptolemeus lagus deduxit. Nam sic-  
 uti diximus : ille uiros quosque etate  
 atque robore prestantes eligens arma-  
 uit. ceteram uero colluuiem iu-  
 niorum / senum & feminarum in  
 coloniam constituit : ea mente / ut  
 si quando milites sui ob bellorum ne-  
 cessitatem insolescerent / his eorum  
 iactantiam compesceret. Nos igitur  
 qui ad horum hominum libertatem  
 modum aliquem quemadmodum

dictum est perquirebamus: sump-  
ta tunc oportunitate uerbis hu-  
iusmodi ad regem usi sumus; Nō  
absurdum est rex: si aliquando ac-  
cidat: ut quis ab ipsa re redargu-  
atur: nam cum omnibus iudeis  
una sit lex: quam nos non solum  
transcribere cupimus: sed interpre-  
tari: qua ratione ad eos mitemus:  
quando in regno tuo detinetur  
magna eorum multitudo: Verum  
enim diues animus & prestans,  
solutis his qui in erumnis habent:  
legem petet: presertim quando  
deus ipse regnum tuum fortunet:  
qui illis eam legem dedit: propter  
quam tantopere laboramus. om

niurn enim factorem & creatorem  
 deum isti colunt : quem & morta  
 les omnes . Sed & nos rex aliter de  
 nominantes iouem appellamus :  
 quem admodum non insipienter  
 maiores nostri significarunt : quo  
 nam singula que sunt per eum  
 & fiant & uiuant : quem ducto  
 rem omnium & dominatorem  
 uolunt . Qui & si omnes mortales  
 subiectos habeat : tamen splendo  
 re animi prefulgens imploran  
 tium uota minime fallit . Sic &  
 nos animo deum precari debem?  
 ut mentem nostram erga omniu  
 libertatem recte instituat . Nam  
 cum figmentum dei genus homi

num sit & mutetur rursus atq; uer-  
tatur ab eo : propter hoc sepius mul-  
tisq; modis precamur dominatorem  
cordium ea perficere : que implora-  
mus. Hoc equidem sermone ma-  
gnam spem conceperã rei parandæ:  
cum presertim recta precantibus  
diuinum quoq; numen adsit. que  
enim ad iustitiam atq; bonorũ ope-  
rum rationẽ tendunt : si ea homi-  
nes sancte agere enituntur : do-  
minator omnium deus illorum acti-  
ones affectusq; dirigit. Rex tunc  
paululum se inclinans uultu ex-  
hilarato quot inquit milia esse ar-  
bitraris. Andreas qui aderat bre-  
uĩ respondit supra centum milia.

Tunc

9  
Tunc rex parum est inquit: quod nos  
orat Aristear. Sosibiul autem & ad  
stantium quidam dignum est auint  
tua magnanimitate rex: si horum  
libertatem pro gratiarum munere  
maximo deo offeras. Nam cum ma  
xime honoratus es a dominatore  
omnium & sublatul super maiores  
tuos: decens quoq. est ut maiores  
tu gratias referas. Hic rex conuiuio  
in letitiam effusus conquiri omnes  
precepit: ac singulorum corpora  
dragmis uiginti redimi: proponiq.  
super his edicta celeri hac in re prop  
titudine usus. Deus enim desideria  
nostra perficiebat: impellebatq. il  
lum non solum eos libertati redde

qui ab exercitu patris transducti fuerant: sed omnes qui & prius & postea quocunq; modo in regnum peruenissent. Precium autem redemptorum hominum supra quadringenta tale ascendit. Edicti uero exemplum ad te transcribere haud absurdum duxi: quo clarius appareat & rei magnitudo & regis facilitas. Deus enim illum in multorum salutē impulit:.

*Edictum liberationis iudeorum:.*

**O**Mnes qui cum patre meo per syriam atq; phoeniciam militantē iudeam terram intrauerunt: abduxeruntq; iudeorum corpora: que in urbibus in agro aliisq; operibus relegauerunt: ea omnia solue



re iubemus & libera esse: Præterea &  
 iudeos omnes qui uel prius uel postea  
 quocumq; modo abducti sunt: liberta  
 ti restituere: pro quibus statim in cor  
 pus quodq; dragmas uiginti accipiat:  
 quas milites quidem in cibariorum  
 distributione: ceteri ex regia mensa  
 sument. Arbitramur namq; præter  
 patris mei consilia præterq; equum  
 & rectum hos captiuos deductos uae  
 statamq; regionem atq; hominum  
 huiusmodi in ægyptum translatione  
 militum temeritate factam esse pu  
 tamus. Satis enim commodi sibi fu  
 erat ex loci militibus: quando prou  
 cia omnis dicto parent<sup>ret</sup>. Cum igitur  
 iusta uniuersis hominibus reddere

intendamus: atq; his maxime quibus  
per iniuriam dominatur: perseruata  
tes singula que ad rectum iustumq;  
ducunt: ac pietatem ante omnia  
proponentes: quicumq; iudaicorum  
corporum ubiq; uel in colonis uel  
quocunq; modo in regnum deducta  
caput seruiant: libera esse censemus.  
Adhæc: ne quis damno afficiatur:  
iubemus: ut omnes tribus diebus  
ex quo hoc edictum fixum fuerit:  
ex templo libellos porrigant: qui-  
bus certo contineatur: quot quisq;  
capita libertati tradiderit. Hoc e-  
nim sic perfici & nobis & regno no-  
stro conducere arbitramur. Eoz  
uero qui nō paruerint: bona pu-

blificentur. quos quis deferre uolue-  
 rit. cuiuscunq. sententiam aperiat.  
 imperamus. Perfecto edicto cum  
 id regi traderetur. ut cognosceret  
 an ita ex uoluntate sua conscriptum  
 esset. & cetera omnia adessent. pre-  
 ter hoc tantum. & quiq. antea &  
 quiq. postea in regnum peruenis-  
 sent: rex id ipsum ob magnificen-  
 tiam adiecit: moxq. accumulata  
 pecuniam depromi. ac ministris  
 numulariisq. suis distribui iubet.  
 Diebus uero septem perfecta est hu-  
 iusmodi distributio: per solutaq.  
 sunt supra sexcentorum sexagin-  
 ta milia talentorum. Nam ingens  
 puerorum multitudo cum ipsi

matribus libertati reddita est: & in  
cuiusq; capita pro regis iussu dragme  
uiginti appense. Hec enim summa  
cum uoluptate perfici mandarat.  
Post hec imperat rex demetrio:  
ut summam hebraicorum uolu-  
minum sibi libello prebeat. Mos  
nanq; regibus his cuncta edictis  
proferre: ita ut nec minimum  
quidem sine rescripto agatur pp-  
ter magnificentiam & certarum  
rerum fidem. Quapropter q̄ res  
ipsas uel oculis cernere possis: roga-  
tionis & epistolarum exempla tra-  
duxi: licet enim ipsis in tabulis  
cerni liberatorum multitudine  
quoue q̄ habitu & arte differt:~

Exemplum rogationis Demetrii ad  
regem. Demetrii rogatio :

**C**um instituisses rex ut uolu-  
mina undiq; perquireret;  
que ad implendam bibliothecā tuā  
decentemq; ornatum facerent: id  
equidem omni diligentia cuncta  
perscrutans tibi significo: iudeorū  
legis libros & paucos quosdam ad-  
huc deesse. Illa quidem hebraicis  
litteris & lingua conscripta est: &  
propter hoc haecenus suis tantum  
cognita ad regias manus adhuc t-  
minime peruenit. sed digna est:  
ut ipsa quoq; inter tuos libros ha-  
beatur: cum propter sapientiam  
que in illa continetur: tu propter

ciui sublimitatem ut pote diuinā  
cuius rei gratia & apud poetas &  
historicos horum uoluminū fre-  
quens est mentio : quoniam per  
utilis sit & ad regendos mores &  
res publicas instituendas : ob homi-  
num prestantiam qui illic descri-  
buntur & rerum uenerationem :  
quemadmodum hecatenus abde-  
rites inquit . Igitur si tibi uideret  
rex : scribas hierosolimam ad  
pontificem : ut mittat ad te ex  
omni tribu sex uiros quidem opti-  
mis moribus institutos & etate  
uenerandos ac ipsius legis medi-  
tatione doctissimos : ut multis  
omni acumine interpretantibus

consonum quoddam eligentes re  
tantopere tuaq. electione digna  
conficiamus. Perpetuo uale: :-

*Finis rogationis :-*

**H**Ac rogatione accepta rex  
litteras ad Eleazarum de  
his rebus decernit: quibus signifi  
cabatur captiuorum liberatio. Ad  
dit preterea ad sacerdotum dec  
crateres phialas mensam atq. li  
batina auri pondus talenta quin  
quaginta argenti septuaginta:  
& preciosorum lapidum ingens  
pretium. Precepit adhuc erari  
is: ut artificibus cuncta ad opus ili  
co prebeant & pecuniam ad sacri  
ficia atq. alios usus talentorum centum.

Sed quod huius apparatus quaeque re-  
ctius intelligat: regiae epistolae exem-  
pla quae huiusmodi uerbis extat affe-  
remus:~

*Ptolemaei epistola ad Eleanzarum  
fuerunt uideorum sacerdotum*

R. PTO. ELEAZARO.

S. I. S. SAK. P. D. :~

**C**um uideorum plurimi no-  
stram regionem incoleret:  
qui hierosolimis abducti fuerant eo  
tempore: quo perse rerum potiebā-  
tur: quiq; patrem meum in egyptū  
uincti sequuti sunt. ex quibus plures  
in militum ordinem adegit: fidos  
quosq; in presidis collocans: quo au-  
xilio munitus insolescentes egypt



tuos compesceret. Nos post ubi regni  
 gubernacula cepimus: benignitate  
 erga omnes: tum maxime erga ciues  
 tuos affecti eorum supra centū mi-  
 lia libertati donauimus: in capita  
 queq; digno precio dominis reddi-  
 to. Studemus enim ea ratione cōpo-  
 nere: si qua armorum impetus a bo-  
 no rectoq; deduxit: arbitantes pie-  
 id agere: si hoc munus pro gratis re-  
 feramus magno deo: qui regnum  
 nostrum pace atq; gloria insigni p  
 uniuersum orbem concelebrauerit.  
 Quapropter alios qui in exercitu ser-  
 uiebant: ut contubernales essent  
 effecimus: alios qui fide digni ha-  
 berentur aule nostre prefecimus.

Sed cum his & uniuersis qui per orbem  
sparsi sunt iudei grata edere cupia-  
mus: instituiimus legem uestram que  
hebraicis litteris continetur in grecam  
transferri linguam: ut & ipsa quo-  
q; in bibliotheca apud nos cum aliis  
regis libris habeatur. Recte igitur  
facies & rem nostro studio dignam:  
si ex omni tribu sex elegeris senio-  
res: qui perquam optime educati sint  
& in legis eruditione comprobati:  
quique ad interpretandum optimi  
sint. Nam quando ad eam inter-  
pretandam acutiori meditatione  
opus est: ex plurium considerati-  
one uerum eliciet. Arbitramur  
siquidem tanto opere perfecto / +

magnam inde nos gloriam assecu-  
 turos. Mutimus igitur harum rez  
 gratia Andream custodum corpo-  
 ris nostri principem & Aristeam:  
 uiros quidem apud nos honoratos:  
 qui munera ad sacrificia aliosq. u-  
 sus offerant argenti talenta centū.  
 Tu uero si ad nos rescribas: si quid  
 est quod desideres: rem gratam no-  
 bis & amicitie dignam facies. Sta-  
 tim enim perficiemus: que te cu-  
 pere intelligemus. Vale: :-

*Responsio Elcazari ad regem: :-*

**E**lcazarus pontifex regi Pro-  
 lemeo amico splendidissimo  
 salutem. Si uales & regina arsinoe  
 soror & liberi: bene est & ut uolu-

mus. Ego quoq. ualeo. Littere tue &  
magno nos gaudio affecerunt: cū  
propter consilium tuum & institu-  
tum: tum propter egregiam erga nos  
uoluntatem. Quibus acceptis aduoca-  
to in contionem populo multa de  
benignitate tua erga nos disserui:  
ut cognoscerent oblationes & pieta-  
tem tuam erga deum nostrum / o-  
stendentes aureas phialas uiginti /  
quas misisti / & argenteas triginta /  
crateres quinq. / & mensam propo-  
sitionis / atq. argenti inde talenta  
centum in uictimarum apparatu  
aliosq. usus / quorum sacra indigēt.  
que obtulerunt Andreas prestan-  
tium unus apud te & Aristas: uiri

quidem pulchritudine & moribus  
 insignes doctrinaq; prestantes tu  
 a profecto instructione & iustitia  
 rebus omnibus digni: qui nobis de  
 siderium tuum quemadmodum  
 & litteris tuis continebatur: pluri  
 mis explicauerunt. Igitur cuncta  
 que tibi cordi sunt: quatiquam  
 difficilia perficiemus. quod magnum  
 amicitie & amoris argumentum est:  
 maximo enim beneficio & incompe  
 rabili ciues nostros affecisti. Quare  
 ex templo sacrificium laudis pro te  
 pro sorore: pro liberis & amicis ob  
 tulimus: & omnis multitudo ora  
 uit ut bene sit tibi: dirigatq; uolu  
 tatem tuam in omnibus: & fortunet

regnum tuum in pace & gloria domi-  
nator omnium deus: utq; sacre le-  
gis translatio multa tibi tranquilita-  
te & commodo eueniat. Peractis  
sacris nos ex omnibus (nam aderat  
omnes) elegimus uiros bonos &  
uenerandos ex omni tribu sex:  
quos una cum lege mittimus. Be-  
ne itaq; facies rex iustissime: si p-  
fecta librorum interpretatione  
uiros ad nos dimiseris: ~

*Hi sunt uiri: qui ex cunctis iude-  
orum tribubus profecti sunt: ~  
do. Ex prima.*

**I**osephus. Exechias. Zacharias.  
Iohannes. Exechias. Heliseus.

*Ex secunda.*

**I**udas. Simon. Somelus. Adeus. Ma-  
thias. Elchemias.

*Ex tertia.*

**N**eemias. Iosephus. Theodosius. Ka-  
stras. Ornias. Dathis.

*Ex quarta.*

**I**onathias. Auxeus. Heliseus. Ana-  
mias. Chabrias.

*Ex quinta.*

**I**afacus. Iacobus. Hicfus. Cabateus.  
Simon leuis.

*Ex sexta.*

**I**udas. Iosephus. Simon. Zacharias.  
Somelus. Selemias.

*Ex septima.*

**S**abbateus. Iason. Hicfus. Theodor?  
Iohannes. Ionathas.

*Ex octava*

**T**heodosius . Iason . Hierus . Theodotus .  
Iohannes . Ionathas .

*Ex nona*

**T**heophilus . Abraans . Arsamus . Iason .  
Endermas . Danielus .

*Ex decima*

**H**ieremias . Eleazarus . Zacharias . Ga-  
neas . Heliseus . Edatheus .

*Ex undecima*

**G**anuel . Iosephus . Iudas . Iothas . Cha-  
bel . Desithes .

*Ex duodecima*

**I**saclus . Iohannes . Theodosius . Ar-  
samenus . Abietas . Ereclus .

*Explicit ornamentum unum quod*

*Eleazarum in illa summi*



**H**aec quidem ad regiam episto  
 lam responsa sunt. Nunc ea  
 ornamenta quae apud Eleazarum  
 inuenimus: & quae missa ad eum sunt:  
 tibi quam breui explicare conabor.  
 Vario enim opere singulariq; elegā  
 tia perfecta sunt: rege non modo cu  
 eta abundantissime prebente: sed  
 sic artificum quosq; per se circūuē  
 te: ut ne minimus quidem illis pre  
 termittendi/uagandiq; locus dare  
 tur: Mensa quidem primo enarra  
 da est: q̄ singulari studio expolita  
 sit. Rex enim in eo opere prestas  
 aliquid atq; elegans reddere cupi  
 ens: eius mensae quae hierosolymis  
 uictimas reciperet: dimensiones or

natusq; exposcit. Eã ubi accepit: maio-  
rem ne recipi possit. rogat. quod cū  
& sacerdotum quidam & aliorum res-  
pondissent. nihil prohibere: inquit  
rex. uelle se in quintuplum excellē-  
ti uereatur. ne incommoda sacrifi-  
cantibus reddatur magnitudo. nam  
non quid capiat locus consideran-  
dum est: sed multo magis gratam  
quandam habitudinem ad ea sacra  
que supra p̄paranda sunt. inten-  
dendum. Non enim auri inopia. s̄  
quando cuncta illis abundarent bre-  
uioribus mensuris que adsit. com-  
positã arbitrandum esse: sed ratio-  
ne quadam cuiusmodi dimensionib;  
perfectã apparere ait: quapropter

neq. si longior altior ue fabricetur  
 recte se habere putare. Igitur cum  
 eta reuoluent, ut est ingenio ad sin  
 gula iudicanda bono promptoq. il  
 lam summis artificum ingenius ua  
 riantē opere expolari iubet: ita ut  
 quaecunq. cælata essent ad speciem  
 pulchritudinemq. plana uero ad  
 mensuram referrent. Eius igitur lati  
 tudinem duorum cubitorum: alti  
 tudinem uero cubiti unius & semisse  
 ra per fecerunt. nō letescunt i folia  
 metallo eius aream superlimente  
 sed auro purissimo totam solidam  
 elaborarunt. Huic mensle in circu  
 itu uerat corona palmi unius: ple  
 tte inde & reticula sculpturā con

interasili

nexarum inter se reticularum spe-  
cie referentes opere in terra sibi ex-  
polite sunt in tribus lateribus. Est  
enim mensa triangularis: & per sin-  
gulas partes eandem ad opus dispo-  
sitionem habens: ita ut ad quodq;  
te latus uertat eandem faciem fron-  
temq; existimet. nam si per adiacē-  
tem coronam ad ipsius mensae pla-  
nitiam inspexeris: mirae pulchri-  
tudinis forma refulget. Exterior  
uero tractus propter excellentē  
geminorum laterum fulgorem q;  
prospectui subueiuntur: oculos p-  
stringit. Nam triangularis mēsa  
sicut supra diximus: quocunq; mo-  
do uertatur: eandem frontem /

eandemq; oportunitatem prebet.  
 Preciosorum uero lapidum ornatul  
 illi inerat per medias furium cōne  
 xiones. Sic enim aliul apud alium  
 disponebatur: ut immutabilis opul  
 implicationem redderent. sustēta  
 banturq; omnes extenuatis ex au  
 ro fibulis ob firmitudinem infixi:  
 ac iuncture angulis ad constringē  
 dum inuicem opul sic concludebā  
 tur: ut inspectantes fallerent. In la  
 titudine autē circa coronulā in cir  
 cuitu ad superiorem aspectum lā  
 pides qui quandam ouiculorum  
 similitudinem referrent: compo  
 nebantur iungebantur & crassio  
 res inde unguis sculptura paulu

lum extantes & densa inter se po-  
sitione fulgentes: que mensam om-  
nem ambiunt. Inferius autem sub  
huiusmodi lapidum ouiculatione  
coronulam omni fructu contextam  
artifices manus ita expolierant: ut  
in ipsis coronae thoris colligatae uia  
spicas palomilas / mala / oleas / rosas  
& similia plura ostenderent: in  
quibus neri auro lapides qui colore  
specieque fructus quosque redderent:  
mira arte illigabantur. que singu-  
la in mensae circuitu frontem late-  
ra ornatu simili ambiabant. Coro-  
nae ouidorum ornatu iungitur.  
Adduntur & reliqua uingulati sculp-  
tiq; decoris: quae ab utraque parte

auream mensam sic complexa sunt :  
 ut quacunq. uertatur eundē sculp-  
 ture undantūq. plicarum prospe-  
 ctum & coronæ elegantiam usq. ad  
 locum pedum retineant. Et enī la-  
 mina totius mensæ solida altitudi-  
 ne digitorū quattuor fecerant :  
 quo in ea pedes firmius insererentur :  
 quos quidem ad ipsam coronam obs-  
 curis clausuris fibule stringebant :  
 ut si quando mensa uertatur utra-  
 que parte utilis per oportunaq. esset :  
 & eundem aspicientibus decorem  
 præbeat. Mensæ uero superficiem  
 meander curuatis sinibus influere  
 uidetur : in cuius uorticibus alieq.  
 pretiosi lapides carbunculi, sma-

ragdi onichini & cuiuscunq; gene-  
ris plures decora specie: fulgent. Post  
huiusmodi annem trica quedam  
innectitur visu mirabilis: que rom-  
borum prospectum prebens cristal-  
lo helectroq; figurabatur: in quo q;  
dem terso opere spectantium etiã  
formæ referebantur. At pedes in-  
liliorum figuras expolierant artifi-  
ces manus: que repansis in ipso uer-  
tice folis mensam sustentarent:  
erectis intrinsecus ad aspectum frõ-  
dulis in pavimento pes huiusmodi  
firmabatur. Carbunculi lapidis ex-  
tensio erat in circuitu palmi unius  
abrupti cuiusdam speciem visu pre-  
bens: producebaturq; in latitudine



digitorum octo: quam supra fulcri  
 huius onus omne recumbit. Ex hoc  
 autem lapide hedera assurgit: &  
 florido acantho innexa uiti impli-  
 catur: qua cum una pendentibus  
 undiq; racemis ad summum usq;  
 circum ambiunt. Sed pedibus qui  
 quattuor mensae suberant: similis  
 operis dispositio prospectusq; unus  
 erat. Enim uero sic cuncta diligenti  
 arte prestantiq; expertorum homi-  
 num opere perfecta sunt: ut non  
 uera modo fallerent: sed leui quo-  
 q; aura crepitum exaudiri referen-  
 tibus singulis uerarum rerum ima-  
 gines fecerant: & mensae labia un-  
 diq; mobilia: quae inexplicabilis cla-

uis sic inter se se per operis grossitu-  
dinem innectebat: ut uisu cogna-  
tiue uincture nusquam pateret.  
Inerat namq; mensae per totum no-  
minus semicubiti grossitudo: ex q̄  
multorum talentorum sumptus  
expostulauit. nam ubi statuit rex  
prioris magnitudinem haud quāq;  
superandam esse: id omne & longe  
plura qd̄ antea magnitudine adu-  
ci concupierat: ornatum abundan-  
tissime prebuit: cunctaq; pro regis  
desiderio excellenter eleganterq;  
expolita sunt arte inimitabili &  
pulchritudine decora. Craterū  
uero duae abase ad medium usq;  
squameo ornatu opere egregio ui-

sum fallebant: relucantibus p̄ squa-  
 marum media lapidibus multa ar-  
 te dispositis. Hos supra meander flu-  
 uiius unius cubiti altitudine ambit:  
 lapidum uarietate & specie inenar-  
 rabili cuncta implicans. Post hunc  
 uirgularum ornatul. Inde rom-  
 borum trica ad summum labium  
 sequens, retis speciem prebet: per q̄  
 rum medium in clipei formam la-  
 pidel sic componebantur: ut non-  
 minus digitorum quattuor spacio  
 inter se distarent: quo fulgore gra-  
 tior inerat pulchritudo. Supra la-  
 bia uero lilorum corona floribus  
 racemisq; innectitur: que impli-  
 catarum inter se funium speciem

referens omnia circumambit. Hi  
enim crateres tali ex auro / ornatu  
decori supra duas metretas capiunt.  
At argentei crateres prestantiori de  
core exornabantur / opere terso. in eo  
enim sic intrinsecus singula relucet:  
& clarius etiam q̄ in speculis appare  
re soleant. Nec dictu facile est: q̄ ad  
ueri formas cuncta expolita essent:  
adeo ut si huiusmodi uasa aliud apt  
aliud disponantur: ut pote si primo  
argenteus crater / inde aureus ac  
deinceps argenteus / & item aureus  
eodem ordine statuatur: res pror  
sus aspectui mira efficiatur: & que  
intueri non possit / oculorum aciem  
hebetante fulgore: nam si te ad au

rei crateris ornatum uerteris: tanto  
 splendore uari operis oculi percuti  
 entur: ut pre admiratione radiorū  
 q̄ multitudine quinde emittuntur  
 abstrahatur animus & deficiat: & rur  
 sus si <sup>ad</sup> argenteos te deflectere uolueris  
 omnibus circumicantibus maior lumi  
 nis effusio ita occupat intuentem: ut  
 omnino operis instructuram cernere  
 nequeat. Phialas uero aureas ita per  
 fecerunt: ut sertis uiteis corū media  
 exornarentur: ora & labia hedere  
 mirtus atq; olea in coronæ modum  
 ambirent: in quibus preciosi lapides  
 per commoda queq; loca inferebant.  
 Singula nanq; artifices ad excellen  
 tiam quandam regie glorie sic ex

polierant: ut neq. in regis ararum. ne  
q. ornamentis. neq. usquam alibi quic  
quam inueniretur. aut ornatus. aut  
operis elegantioris. Rex enim glorie  
auidus. in his exornandis curam q̄ di  
ligentissimam. magnificentissimāq.  
habuit. nam & sepius uenientis opus  
per se se inuisebat: atq. opificibus im  
mixtis. non nulla mutabat. studio q̄  
q. instat. ne loco moueantur: donec  
singula ex sententia sua perficiant.  
quapropter cuncta per q̄ eleganter  
decenterq. expolita sunt: cum pp̄  
ter regis ipsius prestantiam: tum  
propter pontificis dignitatem. qui  
tanto loco preerat. ad quem mitte  
bantur. Et enim preciosorū lapidū

ingens multitudo & ignota: sed q̄  
mira magnitudine prestarent: ad  
quinq̄ milium numerum fuerunt:  
artificio tamen cuncta superante:  
ita ut lapidum manus artificumq̄  
manus in quintuplum auri pondus  
elegantia precioq̄ excelluerint: ~

*Descriptio uniuersi quo Artes  
ad Eleazarum profectus est: ~*

**H**Aec idcirco ad te scripsi: quo  
niam utilitatis plurimum  
ad rerum cognitionem tibi allatura  
putarem. Ea uero quae sequentur:  
cuncta iter nostrum ad Eleazarum  
continebunt. Quod ut clariùs intel  
ligas: prouintiam primum omnem  
figurabo. Enim uero ubi ad loca uē

tum est: urbem in monte suspicim<sup>o</sup>  
totius iudaice regionis mediam su-  
blimem prospectum prebentē: in  
cuius uertice templum apparebat  
uisu pulcherrimum. hoc muri tres  
circum ambiunt altitudine supra  
septuaginta cubitos sublimes: lati-  
tudine ea que altitudinem decens:  
longitudine omnem templi appa-  
raturum magnifico opere & decore cir-  
cūcunt. Portarum uero aspectus &  
lapidum connexiones & super lumi-  
narium mirum decus summa clari-  
tudine fulgent: ut pote que nulla  
sumptuum parsimonia ob magni-  
ficentiam cuncta abundantissime  
constructa fuerant. Erat & extrū



secus uelum: quo templum in circu-  
 itu clauditur: appensum simili por-  
 tarum magnificentia: quod quide  
 uisu iocundissimum spectaculum  
 prebebat: tunc maxime cum mota  
 per pauimentum aura uelum sub-  
 intrans illud ad summum usq. cris-  
 pantibus sinibus in undayz more  
 morat. Altare illic pro loco conue-  
 nientissime constructum propter  
 hostias que super incenduntur: fu-  
 mario amplectitur. Ascensus autē  
 erant ad illud pro loci magnifice-  
 tia: perq. decenter ad decorem simt  
 additi & commodum sacrificanti-  
 um sacerdotum: qui talaribus ex-  
 busso tunicis induunt. Templum

ipsum ad orientem solem uersum  
occiduo terga monstrat: cuius tract<sup>o</sup>  
quadam dimensionum inter se cō  
uenientia uenusti decoris formam  
preferunt. Solū omne strato lapi  
de ornatur. Aquarum uero recep  
tacula quæ plurima ad diluendum  
iugularum hostiarum sanguine  
funditur: commodis locis occulunt.  
nam festis diebus multa uictimarū  
milia ceduntur. Est & enim tantus  
eductarum aquarum assiduus flux<sup>us</sup>:  
ut perhemnem fontē inundare pu  
tes. Sed mirabilius est & fere inenar  
rabile: subterraneorum conceptacu  
lorum multitudo: quæ ad quinque  
usq; stadia per circuitum templi cū

Ita penetrat. Plumbee ad ea fistule  
 quacumq; per muros & templi solum  
 quibus omnia abluantur: mundet  
 q; descendunt. Sunt & apud ane  
 basim frequentes aperture: omni  
 bus quidem nisi his qui ministrant  
 incognite: quarum in fluxu & im  
 petu omnis ex hostiarum multitu  
 dine cruor purgetur. Receptarum  
 autem aquarum multitudinem p  
 hunc modum coniectauimus. nam  
 cum nos ultra quattuor stadia extra  
 urbem deduxissent ad quendam lo  
 cum: iubent nos subterfluentium  
 undarum sonitum exaudire: qui  
 mihi maiorum uasorum conflu  
 xus uisus est. Verum enim uerosa

75  
cerdotum ministerium robore de  
core & silentio cuncta superabat:  
omnibus sua sponte laborantibus:  
quando quisq; institutum opus in  
iussus curat. hi quidem ligna / hi  
oleum / illi simulam / alii aromata /  
alii carnes incendentes / & roboris  
excellentiā quandam dexterita  
temq; ostentant. Sumptus enim  
duobus vitulorum cruribus / que  
pondo supra duo talenta sint / mi  
ra in altum facilitate sic decēter  
porriciunt: ut nunquam a loco  
aberrant: similiter ouium capra  
rumq; pondera iaciunt. Sunt enī  
hostiæ omnes absq; macula & pin  
gui prestantes. Sternitur & ad qe

tem locus: ubi omnes cubant: unde  
 nullo excitante celeres quinq; ad o-  
 pus per uices exurgunt. Silentium  
 uero tantum inest: ut cum septin-  
 genti fere ministrorum continuo  
 adsint, & offerentium libanina  
 multitudo ingens: nec unum quidem  
 hominem loco uersari putet. Summa  
 namq; ueneratione cuncta, & magna  
 dei pietate perficiuntur. Maxima  
 uero omnium illa nos tenuit admi-  
 ratio: ubi primum Eleazarum ad  
 sacra conspiciamus stola ac uestibus  
 quibus utitur indutum & sua gloria  
 adstantem & pretiosorum lapidum  
 fulgore nitentem. Aurea namq; ti-  
 tinabula in circuitu uestimenti eius

appensa suauem concentum reddūt :  
inter que punica mala miro colore  
uariisq. floribus unumquodq. disti-  
gunt. Cingulum supra pulcherrimis  
coloribus intextum perq. decenter  
stringitur. Supra pectus quod rati-  
onale dicunt : pendet : in quo duo-  
decim lapides uariū generis auro il-  
ligantur : quibus cuiuscunq. tribus  
prīncipum nomina que in initio  
fuerit scripta sunt. Specie natui co-  
loris inenarrabilis : caput cydarinū  
ut appellant ornatur : supra quod  
mitra decore incomparabili erigitur  
regūum decus p̄ferens : ex qua de-  
pendet lamina aurea frontem ad  
supercilia operiens : ubi sacris litteris

dei nomen inscribitur. Conspetus pro-  
 fecto summe glorie plenus: ac tanto  
 ministerio dignus. Tantus enim hu-  
 iusmodi ornatu fulgor emanat: ut  
 horrorem intuentibus turbationemq;  
 incutiat: referatq; uenientis ad se ho-  
 minis speciem. At singulorum cons-  
 pectus adeo inenarrabilis decoris pul-  
 chrutudo mentem suspendit: ut illo-  
 rum quoq; animum in sui considera-  
 tionem rapiat. Hinc ad contempla-  
 dam arcem conscendimus: que al-  
 tissimo loco frequentibus turribus  
 que & ipse magnis lapidibus costru-  
 ctæ sunt: iuxta templum comunit:  
 & quantum coniectura intelligere  
 possumus ueluti ipsius templi pro-

pugnaculum : ne si quando seditio /  
aut tumultus hostium ue impetus in-  
gruat / quisq̄ uiam ad templi claustra  
penetranda inuenire possit : cum &  
adiacentibus speculari arcibusq; turribus  
cum dispositis ubiq; machinis atq; p̄-  
rupti ipsius loci ubi muri assurgunt  
difficultate tueantur : Seruatur au-  
tem arx ipsa dispositis in turres ro-  
bustissimorum uiuentium fidissimis  
excubiis : qui ob bene de se merita  
patrie plurimum debeant . his arcē  
egrediendi nulla potestas datur : pre-  
terq̄ cum dies festus affulxerit : id-  
q; non nisi ex parte quadam ac per  
uices conceditur . Intromittendi &  
quēquam nemini est facultas . nam



summa diligentia perspicuitateq;  
 arcis prefectus si quando aut redies  
 quis aut nouus admittatur: ita cun-  
 eta explorat: ut falli prorsus neqat:  
 quem admodum nobis contigit: q  
 inermes ac multa rogando sola duo  
 uix tandem ad inspicienda sacra  
 recepti sumus. Dicebant enim: &  
 sacramento idem firmabant omnes  
 qui quingenti ad huius custodiam  
 semper aderant: sacro iure iurando  
 adactos ne supra quinque eodem te-  
 pore recipiant: quoniam omnis te-  
 pli custodia salusq; in ea arce consistat:  
 qua iuxta nullum superesset tem-  
 pli propugnaculum. Urbis uero ip-  
 suis magnitudo quantum colligere

potuimus ad quadraginta stadia in cir-  
cuiu extenditur: muro & turrum  
dispositione spectaculo digna. Eam  
uiarum strata que recta tendant:  
multis & optimis diuerticulis exor-  
nant: quippe ut ciuitas que in mo-  
te constructa sit: multam ad ascen-  
sus descensusq; facilitate habeat. Sūt  
& ad ipsos uiarum exitus transcen-  
sus quidam: per quos prestantiores  
altius intendant: cum alii depressi-  
eant: & maxime ad primores uias:  
ne qui sacra ferunt: immundorum  
contactu intereundum polluantur:  
quare non iniuria hanc urbē maio-  
res talibus dimensionibus situq; cō-  
didere: sapienter locum captantes.

Regio enim lata ac pulchra hinc ad sa-  
 maritam finitimosq; idumeos apertis  
 campis extenditur: illinc conlitis col-  
 libus & cultui letitiaeq; commodis se-  
 erigit: ex quo euenit: ut cum prou-  
 cia omnis ferax sit: & summo agrico-  
 larum studio excolatur: cuiusq; ge-  
 neris fructu abundet. Ciuitates na-  
 q; quaecunq; magnitudine excellunt:  
 & felicitas allequitur: ocio torpescere  
 solent: & agros negligere: propter  
 frequentes uoluptates quibus illecta  
 iuuentus atq; luxui dedita effemina-  
 tur. Quod quidem alexandriae ma-  
 xime accidit: quando & magnitudi-  
 ne & fortunis longe excellit: siquidem  
 iuuentus ex agro in urbem confluit:

ibi uoluptatum dulcedine distrahitur;  
atq; operum suorum oblita residet:  
quam ob causam rex instituit: ne ho-  
mines in ea diutius morarentur: ne  
ue quis supra uiginti dies domo ab-  
esse posset: idq; non nisi urgentium  
negociorum gratia tribuit. in quibus  
ne longius tempus teneretur: cōtro-  
uersias omnes & lites intra quintū  
diem decerni finiriq; iussit. lege p-  
mulgata. atq; iudicibus ad ea mini-  
strisq; per regiones institutis: ne  
iudiciorum longitudine agricolae  
in urbe uersantes culturam negli-  
gerent: unde erarium diminutis  
agrorum tributis damno afficiatur.  
Haec ideo per scriptam: quonia

ſingula docente Eleazaro recte  
 cognouimus. Magnum igitur illic  
 agricolarum ſtudium ingensq; cul-  
 ture ſollicitudo homines habet. nā  
 in tanta populari multitudine &  
 arboribus conſita regio eſt: & fru-  
 mento abundans ubiq; uiret. veſti-  
 uineis collis palmarum. Ad hec &  
 glandiferarum arborum multitu-  
 do in regione numerari nō poteſt.  
 Pecoribus qui innumera poſſident:  
 uberrima pascua tendentur. Quapp-  
 tet recte animaduertunt loca hu-  
 iuſmodi multitudini oportuna: vn-  
 de & urbis apparatus & pagorū  
 frequentiam commodiſſime diſpo-  
 ſuere. Eo præterea immenſa aroma

tum & preciosorum lapidum auriq;  
copia ab arabis affertur. Prouincia  
enim negotiationibus apta se singu-  
lis uelut emporium prestat: & ur-  
bis opificum multitudine abundat.  
nam neq; ullius rei que mari adue-  
huntur indiget: quando oportum  
illi portus propius adsunt apud asta-  
lonem ioppem & gazam: atq; utē  
a ptholemaide que a rege cōdita  
est ciuitas plurima comportantur.  
Vrbs uero ipsa sic in medio horum  
que diximus loca sita est: ut nō lon-  
ge a singulis absit: ex quibus cūcta  
facili cursu accipiat: cum presertū  
uniuersa in circuitu regio longe la-  
teq; culta magnam prestat securita-

tem. Circūfluit prouintiam iorda  
 nis perhemnis fluuuius: qui ab ortu  
 ipso decurrens non minus sexaginta  
 mil. passuum ambit. In huius flumi  
 nis ulteriori ripa posterioribus tem  
 poribus robustissimi iudeorum nume  
 ro ad sexcenta milia traiecto amne  
 agrum obtinuerunt. Adhuc fluuuius  
 ipse estiuus mensibus plenior factus  
 eodem modo quem admodum & ny  
 lus agri plurimum inundat. Ingredi  
 tur inde & aliud per ptholemaidem  
 flumen: atq; una in mare exit. Sūt  
 & plures quoq; torrentes: qui gaza  
 uersus atq; azotum erumpentes pro  
 uinciam omnem irrigant. Securi  
 tatem uero prouintiae natura ipsa

prestat locorum asperitate: nam montibus undiq; circūsepta regio. hinc & abscissis rupibus fluentumq; concursu effossis uallibus clauditur: illinc implexis altisq; anfractibus sic ubiq; coarctatur: ut uix uiatoribus per angustos calles transitus pateat. Fertur & in montibus arabie adiacentibus aris ferriq; metalla effodi solita: sed postea dum per se potirentur rez: huiusmodi ratione derelicta sunt, ueluti inutilis & sumptuosa esset effossio. hanc etiam contumeliam incolæ loco confinxerunt: ne & regio fossoribus subrueretur: ne uel ea occasione inuentis apertisq; faucibus externis inde aditus in regionem



34  
aperirentur: Sed de his haecenus  
quae ob cognitionis facilitatem car-  
pitim ad te perscripsi Philocrates fra-  
ter: Deinceps quae ad interpreta-  
tionem sunt: aperiam. Eliguntur  
igitur uiri optimi & doctrina pre-  
stantes, omnes claris parentibus orti:  
non iudaicarum tantum litterarum  
eruditione excellentes, sed qui gre-  
cam quoque linguam multa medita-  
tione excoluerunt, quapropter  
ad legationes comodi semper pa-  
ratiq. aderant: munusq. huiusmo-  
di si quando res postulat, ipsi obeun-  
tiones & enim, & de lege iter-  
rogati responsa mira facilitate per-  
agunt: & ad dicendum & ad iudi-

candum prompti : atq; qui omni  
tam explosa barbarie ipsi iocundis  
simorum morum suauitate premiti  
uite atq; ordinis mediocritatem  
quandam / quod quidem pulcher  
rimum est sequuntur : hac una in  
re nitentes ceteros superare : ut &  
prudencia & doctrina uincant . hoc  
enim illis est studium : hoc pergrit :  
in hoc uiribus omnibus emittuntur :  
scilicet ut consuetudine inter equa  
les mitis audiendo respondendoq;  
alius alii prester : cum quisq; suorum  
principatu propter uirtute dignus  
habeatur . Opere precium est cognos  
cere / quanta pietate Elcazarum ob  
seruent : quantoq; illos amore &

ipse prosequatur. nam ut preter-  
 mittam eius ad regem litteras pro eo-  
 rum reditu: multa in super rogādo  
 homines Andree cōmendabat: ut &  
 omni conatu in eorum gratiam age-  
 remus. Cui cum respondissemus, cu-  
 re omnia nobis fore: propterea ani-  
 mo quiesceret: immo inquit & lon-  
 ge animo angor: noui enim regem  
 uirum diligentem & bonorū ama-  
 torem: quantaq; industria prestan-  
 tes uiros requirat: adeo ut nihil po-  
 tuus ducat q̄ ad omnia loca mittere  
 sicubi acceperit egregium quēpiam  
 hominē uel disciplina uel prudē-  
 tia singularem. nam illum quoq; di-  
 cere solitum audiui & recte quidem:

in hoc magnum regni esse tutamē  
& robur: si circa se q̄ plurimos uiros  
habeat iustos & prudentes: qui quo  
cunq; casu in amicorum cōmodum  
consulant: quod quidem in his ex  
perior qui ab eo mittuntur: ex in  
iure iurando affirmat: se se huius  
modi homines minime missurū:  
si propria quaedam ingruat neces  
sitas: sed ob commune cuius cō  
modum pro quo omnia pati possit  
nihil negare audere: nam & si re  
cte uiuendi norma in mandato  
rum obseruatione consistat: id  
tamen rerum cognitione multo re  
ctius perficitur q̄ simplicitate as  
sequatur: His igitur atq; huiusmo

di pluribus claruit: quo ille animo  
 erga tales viros afficeret. Dicendum  
 est quoque breuiter de his: quae inter-  
 rogatus a nobis Eleazarus disseru-  
 it. nam cum magna in lege habeat  
 observatio de cibis & poculis & his  
 animalibus quae immunda putantur:  
 idcirco interrogauimus: quando  
 omnia una creatione subsistant  
 qua ratione quaedam ut immunda  
 ad esum tactumque reiciantur: quae  
 plurima legis institutio habet in  
 his profecto infeliciter. Ad ea ille:  
 num cernis inquit: quam uim ha-  
 beat consuetudo ad recte uiuendum:  
 qualesque rerum mutationes affe-  
 rat: atque ut qui malis conuersatur

facile corruptis moribus in procliuē  
labantur / fiantq; per omnem uitam  
miseri : qui uero sapientibus uiris &  
prudētibus assuescunt : ex iustitia  
qua tenentur / in rectum bonumq;  
mutati / uita fortunantur. Animad-  
uertens igitur hęc legis noster lator /  
cunctaq; ad pietatem atq; iustitiā /  
intendens / singula non sermonibus  
tantum docuit : sed exemplis quoq;  
demonstrans / mala prohibuit : ante  
oculos ponens / cuius quęq; gratia /  
a deo creata sint. Demōstrat omni-  
um primum : quoniam solus sit de-  
us : cuius potentia consistunt singula  
& regantur : ipseq; locis omnibus ad-  
sit : sine quo nec minimū quiddam

subsistat: nihilq. cum lateat eorum.  
 que in terra ab hominibus uel clan-  
 culum geratur: sed singula que aut  
 secum agat quis aut cum alio cōtra-  
 hat: aperta illi atq. ante oculos posita  
 esse: futura ceu presentia intueri. Hec  
 igitur omni studio peragens id ma-  
 xime ostendere enititur: ut si quā-  
 do quis in malum adducitur: haud  
 quaquam se latere intelligat: neq.  
 aliud quicquam per totam legem  
 animo intendit: nisi ut dei potētia  
 ostendat. His igitur ab ipso initio  
 intentus: demonstrat ceteros morta-  
 les: qui plures arbitrantur esse deos:  
 q̄ potentiorel sint ipsis dūs: quos fa-  
 tuitate quadam colunt: simulacri<sup>s</sup>

entim aut ex lapide aut ligno fabre  
factis corum illa esse formal dicunt:  
qui suis inuentis utilitatem aliqua  
ad communem uiuendi usum attu-  
lerunt: hos genibus aduoluti atq;  
extra se sepositi sublato animo ado-  
rant. quod si quis quale corum in-  
uentum sit roget: ignari pror sus  
quoddam natura productum: uel  
uti preclaram illorum compositio-  
nem asserant: quam ipsi non fece-  
runt. qua in re uani nempe & sto-  
lidi comprobantur: nam & nunc  
multo quidem doctiores & ad inue-  
niendum promptiores elegantio-  
resq; plures inueniuntur: q̄ priores  
illi fuerint. neq; hos tamen uene-



rantur ut deos: quanquam harū  
 rerum factores & scriptores grecorū  
 sapientissimi honore dignos putēt.  
 Quid enim ægyptios atq; his finitimos  
 referam alios longe stultiore: quorū  
 alii feras: alii reptilium insensatorū  
 plurima sibi constituerunt: quæ co-  
 lerent: quæ adorarent: quibus & ui-  
 uis & mortuis iustitias cederent.  
 Sapiens itaq; legislator atq; a deo ī  
 cognitionem omnium institutus  
 singula reuoluent nos uallo infran-  
 gibili murisq; ferreis circūsepsit:  
 ut animo innoxii & corpore mi-  
 di nulli gentium prorsus immiser-  
 remur: ac uanis opinionibus abiecti  
 solum deum qui supra omnes creatu

ras potest coleremus. Quamobrem  
egyptiorum sacerdotes populi princi-  
pes qui & si ita multis aberrant: tamen  
in quibusdam nobiscum conueniunt:  
nos quidem homines dei appellant: quoniam  
nam non sic ceteris eueniat: ut secun-  
dum ueritatem dei cultores existant:  
sed homines in mensis poculisq; & umbrae  
dediti: quod omne illis est studium  
uentri tantum indulgeant. quae qui-  
dem nostrum curat nemo: unmo per  
omnem uitam in sola diuinae uirtutis  
cognitione uersamur. ne ulla re pol-  
luti ne ue uanis conuersantes in cri-  
men labamur: undiq; nos puritate  
communiunt: cum ad esum & potum  
tum ad tactum auditum atq; uisum.

Vniuersa enim ad phisicam rationem  
 referens quemadmodum cuncta  
 una potentia subsistant: sic & sin-  
 gulis alto sensu instituit quibus u-  
 teremur & quibus abstineremus. et  
 exempli gratia unum aut alterum  
 percurram: ne simplicia tantum uer-  
 ba inspiciens arbitreris murium a-  
 ut mustelle & similiarum causa Mo-  
 ysen tantopere in ferendis legibus  
 elaborasse: sed ad munditiam conte-  
 plandam emendandosq; mores ad  
 bene recteq; uiuendum cuncta per-  
 eleoanter instituit. uolatilium namq;  
 quibus quotidie uesceremur illa tri-  
 buit: que mansucta & puritate ace-  
 teris seuincta frumento ac seminibus

alerentur: ut sunt columbe iurtu-  
ros pauones perduces anseres ac ce-  
tera huiusmodi. Aues uero quarū  
usum prohibet: feras esse inuenies:  
& que carne pascantur: queq; su-  
perbientes raptricesq; suis in alias  
uiribus illatis nusquam cibum q̄ri-  
tant: nisi aliarum auium damno  
& iniuria ac maxime mansuetay:  
nec solū in aues inuehuntur: uerū  
in agnos & edos rapiunt homi-  
nes iuuentel adhuc: & ex animel  
contumelia afficiunt. Igitur tras-  
lationem quandam ab his hac si-  
militudine usus legislator ea im-  
munda nominauit: quoniam uel  
let singula ad considerationem &

mentis puritatem referri: atq; ut qsq;  
 quotidianis exemplis monitus intelli  
 geret iustitia & equitate utendum:  
 ne ue superbiendo aut rapiendo cui  
 quam omnium ledendum esse: quã  
 quam uiribus plurimum ualeas ad  
 recte uitam deducendam uiuendũ  
 q; esse: quemadmodum ille qual pre  
 diximus aues que seminibus mitem  
 uitam degunt: nec nostri generis  
 quẽquam insequi rapere turbare  
 debere: ueluti ea animalia faciunt  
 que ad esum prohibet: nec uí ulla i  
 re agendum: neq; uiribus fidendum  
 esse demonstrat: his qui sensu omni  
 no non carent. Tenet igitur inquit  
 causam: cur nos ab eorum que pre

diximus ulu prohibuit : propter eā  
scilicet inclinationem quam singu  
la habent. Vt uero omnibus in rebo  
quibus assuescimus ad emēdandos  
firmandosq; mores ab ipsis brutis i  
tenderit : aduertite. Nam quod pre  
cepit nos his quadrupedibus uesci  
quibus duo sint labia & ungulas fin  
dunt : signum est ut nos quoq; opera  
tiones nostras ad rectum bonumq; par  
tiamur. Sic omnia distribuendo his  
signis nos ad iustitiam intendere coe  
git : propter quod etiam a ceteris ge  
tibus diuidimur : ne illorum con  
suetudine criminibus polluamur. cō  
tium namq; pleriq; sibi ipsis commiscē  
tes magna impietate fedantur. his

provincē

prouincie & ciuitates omnes detur-  
 pate non solum marium concubi-  
 tores sustinere: sed parturientium  
 etiam sanguine inquinare: a filiaz  
 insuper incestu non abstinere: a quibus  
 nos longe sciungimur. Vbi uero  
 diuisionis locus signatur: circa  
 eundem & reminiscendi caractere  
 admonemur. nam quodcumque scri-  
 bitur que ungulas findunt: additur  
 & ruminant. ex quo manifesto ad-  
 monemur: ea omnia ad earum re-  
 qual gerimus memoriam referenda.  
 nam quid profecto aliud sibi uult  
 illa ruminatio: nisi ut assidua quadam  
 uite & gestorum nostrorum recor-  
 datione cuncta animo recursemus.

uoluamusq. Arbitratur enim cibo  
uitam ea maxime causa sustentari:  
quo eius ruminandi similitudine ge-  
sta nostra meditaremur: cuius rei gra-  
tia & per scripturam inquit memo-  
ria; recordare dei: qui fecit in te  
magna & mirabilia. que profecto  
si consideres: magna mirandaq. appa-  
rent: primo quidem corporis compa-  
go: alimenti transfusio: ac singulorū  
membrorum distributio & mira-  
quedam connexio. Verum maiori  
longe admiratione digna uidebun-  
tur: si ad unumquodq. sensuum  
compositionem aduertas: si que sūt  
mentis actiones & motus inuisibi-  
les consideres: utq. quaq. in re ige-



ni acumen perspicacitasq; eluceat :  
 unde innumerabilium pene artū  
 inuentio prodit . Quapropter recte  
 uisit meminisse : quemadmodum  
 huiusmodi omnia diuina potentia  
 & fabricatione perfecta sint : atq; r  
 ut singula tempore & loco circūscrip  
 sit : memoriam semper reuocans ad  
 considerationem dominantis omnium  
 & perfectoris dei . Et enim ut a mē  
 sis poculisq; incipiamus : recte uisit  
 tunc deum laudare cum mente ac  
 cumbimus . in qua quidem nec ali  
 quid ad confabulandum concessit :  
 quod diuini numinis memoriā abū  
 ceret . Simili quoq; ratione supra por  
 tal & ostia ea eulogia figere instituit :

que dei cogitationem mentibus inno-  
uarent. Apertissimo enim id signo oste-  
dit: omne studium nostrum ad equi-  
tatis puritatisq; memoriam referri o-  
portere: atq; in omnibus dei timorem  
ante oculos uersari precepit: & cum  
discumbimus & cum assurgimus: dei  
fabricam non solum uerbo sed uene-  
ratione laudare: illarum rerum per-  
petuum motum meditantel: utq; di-  
uina sit & incomprehensibilis harū  
rerum alternatio. Sic igitur breuiter  
demonstrata est partiendi remissio  
diq; ratio: ueluti preposuimus: eoz  
que ungulas dundunt & rumināt.  
Neq; enim uanum quicquam ad ani-  
mum reddidit: uerum hac dicendi

figura usus singula ad ueritatem  
 accommodauit. Nunc uero quæ gu-  
 stu audituue percipiuntur: refera-  
 mus. nam ne quid agas ne quid au-  
 dias aut dicendi fulmine fisis ad  
 iniqua labaris: eadem similitudine  
 admonuit: quod equidem & in pe-  
 corum consideratione inspicere li-  
 cet. Sunt enim peruersorum mox  
 mustele & mures atq; his similia a-  
 nimantia: quorum contactum pro-  
 hibuit. nam mures cuncta fedant:  
 maloq; afficiunt: & homini qdem  
 non modo ad esum pernitiosi sed nec  
 ulli prorsus usui utiles sunt. Mustele  
 autem proprium est genus & supra  
 ea quæ diximus ut cit ad deturpan-

da omnia immundum: auribus pre-  
terea concipit quæ ore parturiat: q-  
mos hominibus perniciosissimus est:  
ut quæ ipsi auribus accipiant eadē  
uerbis exaggerantes maioribus malis  
inuoluunt: instantemq; turpitudi-  
nem omnibus ipsimodis auctam iniq-  
fedant. Quapropter recte rex uester  
huiusmodi homines sicuti accepim?  
supplicio tollit. hic equidem in quā  
emphanista te dicere arbitror. illos  
enim iudicis supplicio fedaq; nece  
assiduo insequitur. Ille hos ipsos in-  
quam refert. nam eorum inertia  
perniciosa uiris perditio est. Iubet  
namq; lex nostra: nec sermone nec o-  
pere quemquam malo afficias. Sed

de his ad te hæc paucis dicta sint :  
 quo intelligas nostra omnia lege ad  
 iustum rectumq; dirigi : neq; quocq;  
 aut decerter minus aut ex animi  
 impetu factum sacris in litteris ad-  
 mitti : uerum ut per omnem uitã  
 ac uniuersis operationib; nostris er-  
 ga omnes homines uite iusteq; cõ-  
 uersemur dominantis dei usquã  
 obliti . De cibis igitur & immundis  
 reptilibus atq; pecoribus utq; ad iu-  
 stitiam atq; hominum mores omnis  
 intendat sermo : mihi quidẽ recte  
 dixisse uisus est . Addidit insuper  
 & de oblationib; uitulorum arietũ  
 & hircorum : multa differens : quẽ  
 admodum illa ex armentis gregib;

11  
assumentes mansucta animalia deo /  
cedant: nihilq; ferum mactent: ne  
qui sacris adolent / uictimasq; faciunt:  
elatum quid sibi ipsis proponentes a  
nimo eleuentur: sed uictimarū mā  
suetudinis exemplo moniti humiles  
& omni mente in deum intenti sa  
era peragant. Haec ad te  
scripsi Philocrates memoratu digna:  
propter eam que tibi inest discendi  
cupiditas: quo ex his paucis totius le  
gis maiestatem phisicamq; eius medi  
tationem perciperes. Sed iam redea  
mus: unde digressi sumus. Eleaza  
rus sacris prius de more peractis / ui  
ros quos ad regem mittat deligit: pre  
clara inde munera regi accumulans

nos iusto itinere quietos dimittat. Post  
 ubi uero alexandriam uenimus: nū  
 tiatusq; est regi aduentus noster: exte  
 plo Andreas & ego in atrium admissi  
 regē comiter salutauius: reddidi  
 musq; simul & ab Eleazaro epistolas.  
 Ille qđ maximi faceret rem sibi secun  
 dam in impetrandis hominibus euenis  
 se: seq; uoti compotē factum gaudetq;  
 ceteros qui multi negociorum causa  
 aderant excedere iubens uiros actutū  
 aduocat: p̄ter omnium opinione.  
 Est enim mos genti: ne legatorum qđ  
 quam in regis conspectum admittat:  
 si propter negocia missi redierint: re  
 gum uero & excellentium urbium le  
 gationes uix trigesima die recipiunt:

ac deinceps habitacione pro dignita-  
 te eorum qui miserint & prestantia?  
 Rex itaq; emissis omnibus quos minime  
 necessarios duxit: restitit deambulā:  
 donec uenientes se salutassent. Hi po-  
 stea q̄ cum muneribus & diuersis pella-  
 bus in quibus diuina lex litteris hebra-  
 coq; sermone conscripta erat & mem-  
 branarum tenuitate: que inter se se-  
 quadam ligature excellentia consti-  
 gerentur: exornabatur: rem uisu mi-  
 rabilem: intromissi in regis conspe-  
 ctu steterunt. Rex sedulo in eos uer-  
 sus: ut primum uiros circumspexit: de-  
 libris interrogat. Cum autem illi iuo-  
 lucra aperuissent: explicuissentq; me-  
 branarū: diutius hesit rex: atq; ad sep-



ties adorans / gratiam inquit uobis  
 habemus uiri : maiorem ei qui uos  
 misit : maximam uero deo cuius ei  
 modi uerba sunt . Acclamantibus au  
 tem uiris & omnibus qui una aderat  
 uoce simul applaudentibus ipse pre  
 gaudio lachrimis effusus est . profusa  
 enim exhilaratio & honoris sublimitas  
 lachrimas etiam nolentibus excutit .  
 Hinc admones ut libri in suum ordi  
 nem redigerentur : uiros saluans a  
 it ; Equum erat uiri : ut quorum gra  
 tia uos aduocassem illos primum ue  
 nerarer : atq; inde dexteram uobis  
 preberem : propter quod id primū  
 egi . hec uero dies per omne uite tem  
 pus magna mihi semper in annos erit .

& celebris: in qua & uos mihi affu-  
istis: & euenit ut aduersus Antigo-  
num nauali prelio uictor euadere.  
qua propter & uos quoq; hodie una  
mecum conuiuio letari uolumus.  
Principes mox adesse inter quos &  
me discumbere dignatus est: & om-  
nem aduim apparatus quo utitur  
depromi imperat: iubet & uiris di-  
uersoria q̄ ornatissima & arci proxi-  
ma sterni: mandat & conuiuium q̄  
opulentissime apparari. Hic Nycanor  
princeps Dorotheum huiusmodi rez  
prepositum aduocans imperat: ut  
omni promptitudine que usus de-  
cusq; postulat in singulos expediat.  
Et enim sic a rege institutum erat:

quemadmodum & nunc quoq; cerne  
 re licet: ut quotcunq; ciuitates ad pre  
 benda cibaria poculenta & lectister  
 nia preparate sunt: totidem earum  
 rerum prefectos habeant: qui regib;  
 assistant: homines nulla in re moro  
 si: quiq; si quando opus sit: necessaria  
 exornent: & multa cum hilaritate  
 uilla prosequantur. Quod quidem i  
 his maxime factum est. nam Doro  
 theus uir in huiusmodi reb; dexter  
 profususq; cum sibi talium uirorum  
 cura demandata esset: uniuersa q̄  
 in sua potestate continebantur: i  
 tales usul pridem preparata magna  
 fice depromit: per humaniterq; cu  
 eta exornans: thoros cuiq; pro regis

imperio distribuit. Iusserat enim rex  
eorum partem mediam coram se: re-  
liquos iuxta sui ipsius solium discum-  
bere: nihil pretermittens: quod ad  
hominum honorem spectare arbitra-  
retur. Postea uero q̄. cuiq̄. suus stra-  
tus est thorus: precepit rex Dorotheo:  
ut omnibus qui a iudea uenerant  
consuetas ex patrio more dapes &  
quicquid concupiscant prebeat: det  
q̄. cuncta abundanter ad oblationes  
& sacra aliaq̄. cuncta peragenda:  
sicuti genti mos est. His peractis pri-  
mum omnium Eleazarum uirum  
grauem ac omnibus qui nobiscum  
uenerant seniore[m] uota facere  
rogant. Ille ut erat uenerandus

stans inquit; impleat te rex bonis  
 omnibus que fecit omnipotens de-  
 us: detq; tibi uxori & liberis & ami-  
 cis ea omnia immota esse per omne  
 uite tempus. Eo adhuc dicente se-  
 quitur diuturnior cum clamore &  
 plausus gaudii & exultationis plen:  
 moxq; rebus iucunditate multa pre-  
 paratis in letitiam uertuntur: mini-  
 stris quemadmodum instituerat Do-  
 rotheus festiuissime cuncta preben-  
 tibus: inter quos & regii liberi & ho-  
 noratissimi quiq; ministrabant. Post  
 ubi uero tempus sermoni oportuni  
 usum est: rex per interualla quaedā  
 ut omnes ordine secundū etatem as-  
 sederant. eū qui primo loco discubue-

rat interrogat:

*Quonam modo regnum inuoluntate  
sinean usq. conseruet:*

**I**lle parumper cunctatus inq̄t;  
hoc maxime modo regnum op-  
tune dispones: si dei mansuetudinem ī  
rebus omnibus imitatus: patientia ac  
longanimitate uteris: extollesq. dignos:  
elatos autem affabilitate ex malo in pe-  
nitentiam traduces. Eo collaudato: rex  
proximum rogat:

*quemadmodum iuste singula per-  
ficere possit.*

**R**espondit ille: Si in rebus omni-  
bus se ipsum obseruet: omnia  
cum recte acturum: & si consideret  
omnem sensum a deo esse: proponat

q̄ sibi ante omnia dei timorem: nulla  
 in re aberrabit. Hunc maxime lauda-  
 tum dimittens tertium dicere hortat:  
*quomodo amicos sui similes habeat.*

**Q**ui ait; Si intelligent te mul-  
 ta meditari in subiectorum  
 populorum commodum: & tu id fa-  
 cias: considerans quemadmodū &  
 deus genus humanum bonis afficiat:  
 ualitudinem illis & uite alimenta  
 alia cuncta opportunis temporibus pre-  
 bens. Attestatus quoq; & huic ad ali-  
 um qui illi assederat inquit:  
*quonam modo in negociis ac iudi-  
 cis peragendis delictisq; puniendis  
 bonam famam assequatur?*

**T**uille; Si omnibus te equū

ratione prebueris inquit: & nihil  
superbe nihilq; pro potentie tue ui-  
ribus contra delinquentes ages. Id  
autem assequeris: si dei dispositio-  
nem inspicias: qui dignis sua uota  
perficit: peccantibus uero uel per  
insomnia uel opere demonstrat qd  
illis nocuum sit: neq; secundum il-  
lorum peccata neq; pro magnitu-  
dine uitium suarum homines ce-  
dit: sed mansuetudine usus corri-  
git. Recte & hoc quoq; collauda-  
to ab alio deinceps postulat:

*Ut in rebus bellicis inuictus existat:*

**Q**ui respondit; Si non armis  
si non potentie sue fidat:  
sed deum semper imploret ut iu-



50  
ste agendi sibi consilia dirigat. Hu-  
ius dicta recipiens alium inde pe-  
tens poscat :

*quemadmodum inimicis formi-  
dolosus sit :*

**Q**ui ait : Si armis & exercitu  
multoq. ueluti ad bellum  
apparatu instructus fueris : ea ta-  
men omnia diutius pruisq. his  
utaris detineas. Nam & deus ip-  
se ante q. maiestatis sue trepida-  
tionem incutiat : inducias qual-  
dam prebet : exinde omni appa-  
tu mentes deterret. Et hunc item  
collaudatum dimittes aliu iterogat :

*quid sibi optimum in uita sit :*

**E**t ille : Si cognoscas inquit :

quoniam deus mortalibus domi-  
netur: atq; ut ad optimas qualq; o-  
perationes non per nos ipsos confi-  
lia dirigamus. deus enim qui cum  
cetera dominatur: omnium opera  
perficit & deducit. Annuens &  
huic alium ordine responde' iubet:  
*quomodo recte omnia seruas &  
illec: eundem filius statu tradat.*

**T**um ille: Si deum inquit  
assidue imploraueris: ut  
rectos tibi sensus ad ea que in po-  
sterum peragenda sint tribuat:  
& filius imperaueris ne gloria di-  
uitiisq; superbiant: sed arbitretur  
deum benignitate sua cuncta il-  
lis largiri: neq; per se se alicuius

rei substantiam possidere: Ea attesta-  
tus rex ab alio petit:

*Ut bonam & malam famam equo  
animo ferat:*

**A**D ea ille; Si tibi ipsi proposu-  
eris inquit cunctos morta-  
les sic a deo creatos: ut maximas ma-  
lis iactati bonis rursus afficiantur:  
neq; quisquam hominum sit q; hu-  
iusmodi alternationem effugere ua-  
leat. Deus enim implorandus est:  
qui tranquillitatem tribuat. Appro-  
bans & hunc recte inquit omnes  
responderunt: sed quando unum  
deinceps qui adhuc superest inter-  
rogauero: hæc ad presens præter-  
mittam: ut ad letitiam uersi reli-

quum huius diei iucundissime trāsi-  
gamus. deinde sex qui sequentur  
dies: ea que modo prætermittun-  
tur adulescimus. His simul dictis ui-  
rum interrogat:

*quis fortitudinis sue finis.*

**I**lle; Si quando periculosa ī-  
minent: ait: in rebus aggre-  
diendis recte quis consuluerit: &  
propositum assequetur. Tibi enim  
recte utiliterq; consulenti deus cū-  
cta perficiet. Hic acclamantibus  
omnibus & plausu uirum collau-  
dantibus rex in philosophos uersus  
inquit (non enim pauci aderāt);  
arbitror: equidem hos uiros uir-  
tute excellere ac plurimum ītel-

ligere: qui talibus rogationibus ex  
 tempore tam decenter responde-  
 runt: dicendi initium a deo om-  
 nes assumentes. Ad ea Menedem<sup>o</sup>  
 eretrius philosophus profecto rex ait:  
 cum homo diuinum sit opus: quod  
 quidem & totius mundi fabrica mo-  
 strat: recte sequitur ut omnem uir-  
 tutis & sermonis sui pulchritudine  
 principiumq. a deo deducat. His u-  
 bi rex annuit: in iocunditate cum  
 eti uersi conuiuium summa cum  
 festiuitate in noctem usq. protra-  
 hunt. Postridie eodem ordine me-  
 se parantur: conuiuium trahitur.  
 Cum uero tempus ad rogandas  
 sententias accommodum affuit:

rex eos interrogat: qui deinceps or-  
dinem seruabant ab illis qui supe-  
riori die rogati sententias dixerāt.  
Cepit enim ab undecimo rogare:  
quoniam pridie decem respondis-  
sent. Conticuerant iam omnes: &  
rex poscit:

*Quibusnam modis diuitias cōseru&*

**I**lle dum petita reuoluit  
paululum moratus: Si ni-  
hil inquit indignum regno tuo  
neq; flagitiose ages: neq; uanis re-  
bus & incommodis sumptus faci-  
es: & erga populum tuum te be-  
nificum benignumq; prebueris.  
Et enim deus bonorum omnium  
quem sequi oportet: elargitor est.

Hoc collaudato sequentem disse-  
rere hortatur:

*Quomodo ueritatem colat.*

**H**is ille respondit: Si cognoue-  
ris quod magnum dedecus me-  
dacia mortalibus omnibus afferant:  
& multo maiorem notam regibus  
inurant. nam quando ea potentia  
sunt ut que uolunt facile perfici-  
ant: cuius rei gratia mentientur.  
Oportet etiam te considerare rex:  
ut deus ueritatis amator existat.  
Hunc quoque ualde approbans in  
proximum respiciens inquit:  
*que est disciplina sapientie.*

**T**um ille: quemadmodum  
inquit te malis expertere

optas & omnibus bonis abundare:  
si hoc ipsum in subiectos tibi populos  
& delinquentes serues: si opumates  
prestantesq; uiros humanius com-  
moneas. Et enim deus mansuetudi-  
ne cunctos fouet. Annuens huic ab  
alio postulat:

*quem admodum clemens benignus*

**I**lle: si consideres aut q; sit:  
q; longiori tempore quãtis  
q; & q; magnis calamitatibus oriat;  
genus hominum: alatur nutriatq;. <sup>o</sup>  
Snde neq; in eos temere animadu-  
erendum: neq; accusandi sunt: si re-  
uolueris insuper: ut omnis homi-  
num uita doloribus semper & suppli-  
cis exagitetur. Singula intelliges.



in misericordiam profecto uertens.  
nam & deus misericors est. Suscipi-  
ens & hunc ordine deinceps inter-  
rogauit:

*Quid in regno potissimum obserua-  
dum sit:*

**C**onseruare inquit se a mu-  
neribus in corruptum: at-  
q; magnam uite partem in uigila-  
re: iustitiamq; ante omnia colere:  
& huiusmodi amicos sibi compare-  
lusto senum & deus amat. Annueſ  
& huic ab alio petit: ut se doceat:

*Quid sit pietatis robur:*

**T**um ille: cognoscere ait qd  
deus semper omnia opera  
tur & uidet: neq; enim latet qscq;

iniusta faciens neq; perperam agēs.  
Vt enim uniuersum orbem deus  
bono afficit: ita & tu si eum imita-  
beris nusquam aberrabis. Applau-  
dens & huic alium rogat:

*quis sit regnandi modus.*

**A** Dea ille: Recte inquit se ip-  
sum regere: neq; copia ne-  
q; gloria elatus superbum indecens  
ue concupieris: si recte ratiocinat<sup>2</sup>  
fueris. Sic cuncta tibi aderunt: q̄si  
nihil sint. Deus enim mansuetus est:  
& nullius egens. Quod tu pro huma-  
nis uiribus considera: neq; multa ad  
regnum appetas. Laudans & hunc  
alii ut disserat suadet:

*quemadmodum optima eligat.*

**R**espondit ille; Si iusta semper tibi proposueris: arbitrisq; iniquam uitae priuationem. Nam & deus semper iustis elegantissimae bona preparat. Hoc collaudato a sequente postulat:

*quomodo in somnis quietus sit.*

**H**ic ille; Rem dictu difficile petis inquit: nam in his quae mentem per somnia agitant: haud quaeq; obistere possumus: sed sensu quodammodo irrationabiliter ducimur: ex huiusmodi rebusque accidere solent & uicimus. Videmus enim quandoq; pelago ferri: nauibus traicere: nunc negociari: nunc pennis sublatis uolare: loca mutare:

& cetera huiusmodi que minime  
fiant. similiter & que maxime ex  
petimus: ea mentem in somnis tur  
bare solent. quare rex omni nego  
cio quicquid dixeris quicquid fe  
ceris: ad pietatem intendendum  
censeo: ut te ipsum seruans uirtu  
te circūualleris: ne uoluptate inuo  
labiliter pelleris: ne ue potentia  
filius quod iustum est colas. Et enī  
in quibus quisq; plurimum uersat  
uigilans: & per quietem eorūde  
rerum cura hominem recur sat.  
Sed quando omnes rationes & ope  
rationes tuas ad pulcherrima que  
q; instituis & uigilans & dormies:  
ob eam causam optima in te semp

est tranquillitas. Hoc comprobato  
ad alium dixit; postq̄. tu decimo  
loco dicturus es: ubi responderis ad  
conuiuium conuertenur. His simul  
dictis petuit:

*quem admodū nihil indignū agam?*

**C**ui ille; Si quid te deceat in  
quit; quidue possis omni  
in re prospexeris: ne tua indigni  
tate indecorum quicq̄. dicendo a  
gendoue te excidat. intelliges om  
nes quibz imperas: de te semper &  
cogitare & loqui: neq̄ enim mini  
mum hypocritis patens; qui ex uul  
tus uarietate mentem coniectat:  
ex cuius consideratione indeceter  
cuncta peragunt. Tu uero nulla hi

poetisi deturpatul aperte imperas :  
prestante tibi deo multa cum digni-  
tate morum elegantiam. Hic rex mit-  
ta cum letitia diutius applaudens ho-  
mines ad quietem dimisit. Post ubi  
uero hec ad illos locutus : se ad sequē-  
tis diei conuiuium preparauerunt :  
quod cum eodem ordine seruato / et  
structum esset : ut interrogandi tē-  
pus rex adesse putauit : primum eo-  
rum qui nondum rogati fuerant se-  
tentiam dicere iubet :

*Quid sit in regno difficillimum.*

**I**LLe ; sibi ipsi dominari res-  
pondit : neq appetitibus ef-  
ferri. Inest enim natura mortalibus :  
ut mente ad aliquid semp declinet.

et pleriq; ad mensas pocula uoluptateq; trahuntur: in quibus multitudo maxime effunditur. At reges subigendorum populorum sollicitat cura: ob glorie magnitudinē. Sed pulchrum est se omni in re metiri: & que deus dederit studio continere: inconcessa uero atq; inexpectabilia ne concupiscas. His dictis assentientis proximum interrogat:

*quemadmodum nemini inuideat.*

**H**Acc ille exapiens; si animaduertas inquit deum regibus omnino impartiri gloriam diuitias & magnitudinem. & illi imperare posse neminem. Nam & si buiusmodi glorie participem se quisq;

cupiat: haud tamen potest: Dei enim  
donum est. Virum pluribus laudans  
alium petens inquit:

*Ut inimicos spernat.*

**T**um ille: Si placidus ait er-  
ga omnes homines benigni-  
tatem exercueris nullius amicitiae  
ratione habita. Gratum uero se om-  
nibus prebere: id pulchro dei mu-  
nere quod optimum est concedit.  
His annuens alium deinceps respo-  
dere iubet:

*Quemadmodum gloriosus perdurus.*

**C**um ille: Si benignitate in-  
quit & gratia excellens  
erga alios magnificus extiteris:  
gloria te nusquam deseret. que ut



38  
tibi adsit: deus semper imploran-  
dus est. Hoc collaudato proximu  
ostendere precatur:

*Erga quos habendus sit honor.*

**A** Tulle: His potissimum om-  
nes tribuendum putant:  
quos amice diligamus. Ego uero  
opinor: contra emulos habenda  
esse honoris munificentiam q̄ ma-  
xime gratam: quo illos hoc pre-  
serum modo ad ea que honesta si-  
bi sunt & utilia reducamus. Opor-  
tet autem deum qui mentibus do-  
minatur precari: ut hec perfici-  
at. His ubi assensit: a sexto exgrit:

*Quibus gratificandum sit.*

**A** Dea ille; Parentibus inqt

ante omnes. Et enim deus in hono-  
randis parentibus preceptum ma-  
ximam posuit: censens amicos se-  
cundo loco habendos: quos animo  
pares nominavit. Tu uero recte fa-  
cis: qui cunctos homines ad te ama-  
dum allicis. Post hunc a sequente po-  
stulat:

*quid sit pulchritudine dignus*

**I**lle pietas ait. nam & ipsa  
pulchritudo quedam est  
precellens: eius autem potentia  
caritas: que quidem dei munus est:  
quam & tu possides: cuncta in ipsa  
bona complectens. Huic magno  
sensu applaudens alium interrogat:  
*quæadmodum amissa gloria istauret.*

**I**lle autem ad haec; quādo  
 quidem inquit clemens  
 omnibus gratulq; existit: quae res be-  
 niuolentiam comparant: fieri non  
 potest ut excidas. et magni praeter  
 ea armorum apparatus maximam  
 securitatem praestant. Si uero qui  
 cadunt: ab his abstineant oportet  
 quorum gratia exciderunt: amici-  
 tiarumq; inde cultores iusta agāt.  
 Dei natiq; donum bonoz operatio.  
 Vbi talibus satisfactum est: aliū  
 sententiā querit:

*quomodo sine tristitia uiueret.*

**T**um ille; Si neminem iqt  
 leserit: omnesq; iuues iu-  
 stitia quosq; prosequens: ab ea hu-

uismodi fructus iocunditas colligit:  
Sed implorandus est deus: ne ea nos  
ledant: quæ præter opinionem no-  
stram accidunt: ut sunt mortes / &  
morbi / egritudines / & cetera huius  
modi. Te autem quando pius es: ho-  
rum nihil insequetur: Recte & huc  
respondisse asserens / decimum ad  
dicendum exhortatur:

*quid sit in gloria potissimum.*

**R**espondit ille: Deum uene-  
rari: non sacris in quã neq;  
muneribus: uerum animi purita-  
te ac fide candida eius uoluntate  
sequi. quod quidem & tu perficis:  
id firmum animo gerens: ut & quæ  
quid feceris / & quæ facturum sis /

omnibus pateant. Hic rex cunctos col-  
 laudatos maiori uoce salutat: omni-  
 bus & presertim philosophis approba-  
 tibus. nam opere & sermone longe  
 prestabant: quippe qui a deo sente-  
 tiarum principium deduxerant.  
 Exinde rex conuiuio leto fruitur:  
 sequenti uero die mensis solito ap-  
 paratu instructis discubuerat. Tum  
 rex ex oportunitate eos deinceps  
 qui ab his qui pridie dixerant seq-  
 uantur interrogans a primo petit:

*An prudentia doceri possit.*

**C**uille: Animi inquit decus  
 quoddam est a diuina po-  
 tentia fluens: ad suscipienda bona  
 reuendaq. contraria. Confessus

hoc proximum interrogat:

*quid potissimum ualitudini conferat.*

**I**lle; Prudentia respondit:  
que contingit nemini: nisi  
deus mentem ad eam preparauerit.  
Eo collaudato ad alium inquit:

*quibusnam modis genitoribus  
dignas gratias referat.*

**A**d ea ille; Si nulla in re aut  
illos tristitia afficiat. Sed  
hoc potuit nemo: nisi deus cogniti-  
onis dux mentem ad pulcherrima  
queq; disponat. Annuens huic se-  
quentem postulat:

*quomodo sit audiendi cupidus.*

**I**s; si exultinaueris refert  
singularum rerum cognitio

nem tibi utilem fore: ut aliquid ex  
 his que audieris ad presens tempus  
 comparans ea eligas que conuenie  
 tiora uidebuntur. Sed implorandū  
 est: ut diuinum adsit numen. ab eo  
 namq. operationum omnium perfe  
 ctio est. His approbatis ad alium  
 dixit:

*Ut nihil contra leges agat.*

**T**um ille; Si cognoueris inquit:  
 quoniam deus legumlatorū  
 mentes intellectusq. dederit ad ho  
 minum uitam bene regendā: leges  
 sequeris. Approbans & hunc ab alio  
 rogat:

*quid sit cognationis commodū.*

**H**ic ille; Si accidentia inquit

reputare uolumus in aduersis eorū  
rebus: & nos una grauer afficiū.  
& premimur pro cognatorum me  
stitie magnitudine: fortunantibus  
autem illis gloria inde & decore  
extollimur. Si uero negocium iter  
se benigne susceperint: ad cuncta  
indissolubili glutino se habent: ni  
hilq; ad secundas illorum res desi  
deratur. Verum orandum est: ut  
cuncta sedentur. His item receptis  
ad aliū dixit:

*Quē admodū intrepidus existat:*

**I**lle: Si mens inquit nulli  
us sibi conscia mali deum  
sequatur: qui consilia omnia ī bo  
num dirigit. Hoc collaudato ab



alio petit:

*quomodo recta ratio sibi i promptu est &*

**S**l hominum inquit ille in fortuna semper consideraueris: reuoluens quales rerum uicissitudines deus afferat: aliosq; gloria sublatos honoribus prouebat: alios calamitatibus opertos ignominia deuiciat. Hunc bene dixisse asserens alium respondere hortat:

*quibusnam modis neq; secordia / neq; uoluptatibus distrahatur:*

**I**Lle in promptu hoc tibi est ait: cum & magno regno imperes: & uaria negotiorum multitudine tenearis: ut non ad aliud quippiam traducendi me-

tem quies detur. horum igitur cura  
uerferis oportet. deumq; roga: ne qd  
te decet pretermittat. Laudans &  
hunc a decimo postulat:

*quemadmodum noscat qui in  
cum dolo agat.*

**I**lle ad ea respondit; si ob  
seruaueris qua quisq; erga  
te libertate utatur: an eosdem mo  
res semper habuerit in salutando  
consultandoq; ac reliqua uite co  
uersatione: nec quicquam eorum  
qua amicitia postulat pretermise  
rit in affectibus & aliis uite ratio  
nibus. Deus uero tibi rex ad optima  
queq; intellectum instruet. Hic  
rex nomine quosq; appellans om

nes collaudat: moxq; cuncti in iocunditatem uertunt. Postera die rex conuiuui oportunitate sumpta sequentem monet ut ostēde uelit:

*que sit maxima negligentia.*

**T**um ille: Si quis filiorum inquit negligens fuerit: eosq; nulla in re erudiat. Deo enim sepe uota non pro nobis tantū concipimus: quantum precamur: ut & liberis nostris bona cuncta adsint: eruditionem & prudentiam impartiat. Nam dei uirtute uenit. Et hunc recte dixisse obtentus ab alio petit:

*quomodo patrie cultor existere.*

**S**i tibi persuaseris ille inquit:

domi uiuere & mori optimum esse:  
peregrinationem uero egentibus  
stultitiam diuitibus dedecus affer-  
re: ceu patria suis malis cecidi sint.  
Igitur tu bonus quem admodum  
& facis cunctos afficiens id assequ-  
ris. Deus enim in omnibus gratiam  
tibi prestabit. Hoc audito alium  
rogat:

*Ut uxoribus accommodandū sit.*

**I**lle; quandoquidem ait  
feminarum genus sui cō-  
fident: est asperum & suorum affe-  
ctuum sequax atq; in lapsum pro-  
cliuē: propter imprudentiam &  
eius naturam imbecilem: uerum  
ad ualitudinem & cōmoda nostra

utendæ sunt : neq̄ illis contraria  
 sententia aduersandum . Est enim  
 dirigenda uita ad certum aliquem  
 finem : ac ueluti nauium gubernato  
 res signum aliquo intendere : q̄ pro  
 fecto omnia & cetera cuncta dei illi  
 tatione reguntur . Assentiens huic  
 proximum ad differendū hortat̄ :

*Quomodo non decipiatur :*

**A**D hæc ille : Si singula rati  
 one prosecutus aut detracto  
 ribus insuasus perstiteris . Sed tu ip  
 se ut excellis dicta queq̄ discernes  
 & facta : operationes tuas certo iudi  
 cio directas per feceris : indeceptus  
 rex ut dicseris . Hæc uero intelligē  
 atq̄ in his uersari est diuine potētie

operatio. His dictis rex effusus ab a-  
lio poscit:

*quemadmodū nō sit iracundus.*

**I**lle; Si consideraueris inqt:  
quoniam is in quo omnium  
uita pendet si quid per iram agat  
mortem pluribus affert. quod quidem  
triste & perniciosum est: multorum  
uitam regni causa delere. verū cū  
omnes obsecundent & pareant: nec  
unus quidem aduersetur: qua de cau-  
sa irascendum est. Sed nosse oportet:  
ut deus omni indignatione uac-  
uus uniuersum gubernet: quē te-  
mitari necesse est. Rex & bene hūc  
respondisse dicens sequētē iterrogat:  
*quid sit bene consulere.*

**R**ecte cuncta ille ex rationis  
 discursu agere ad propo-  
 situm aliquem finem: reuocareq; inuti-  
 lia & rationi contraria: ut mente per  
 singula discursante bene consulēdo  
 propositum adipiscamur. Sed omne  
 consilium est dei uir tute firmissi-  
 mum: tibi presertim pietatem exer-  
 centi. Applaudens & huic deinceps  
 ostendere iubet:

*Quid sit philosophari.*

**B**ene & commode ratio cina-  
 ri refert: circa unum qdā  
 eorum que emergunt: neq; appe-  
 titibus efferrī: negligereq; uana cū-  
 eta & stulta: que ex cupiditatib;  
 oriri solent: ad peragenda oportu-

na mensura quadam deduci. quæ  
statum ut adipiscantur: deum im-  
plorare oportet. Huic annuens ait  
ad sequentem:

*quæ sit hospitalitatis remuneratio.*

**S**l omnibus inquit equus  
suscipiens quæ acceperis ma-  
iori etiam fenore accumulata red-  
dideris: ita ut in hospitalitate ex-  
cellere uidearis. Nam & deus plu-  
rimum humiles erigit: & subiectos  
homines diligit. Attestatus his ab  
alio petit:

*quæ sint diuturna opera.*

**I**lle; Si magna inquit qd &  
ueneranda absoluat: adeo  
ut spectantes propter operū pul-



chritudinem & excellentiam illis  
 abstineant : neq. quemquam pre-  
 termittat eorum qui talia expo-  
 lunt : neq. indonatos aliquos ad  
 ea perficienda impellat que usus  
 poscit . Et enim deus cuncta cernēs  
 genus hominum donis accumulāt :  
 prebens illis bonam ualitudinem  
 & sensus & alia huiusmodi . Qua-  
 re & tu simile quid imitatus labo-  
 rantib; calamitosiq; malorū uicis-  
 situdinem quietemq; tribue . Ea  
 nanq; perpetua sunt : que ex iu-  
 stitia perficiuntur . Recte & hūc  
 respondisse affirmās decimū rogat :  
*Quis sit sapientie fructus .*

**I** S non consciū sibi esse ma-

li respondit: & uitam in ueritate traſi-  
gere. Ex his enim maximum gaudi-  
um & animi uoluptas gignitur pre-  
stantissime rex: & ſpes in deo optime  
tibi pie regnanti aderunt. His audi-  
tis cuncti ea multo applauſu appro-  
barunt. Poſt hec rex multa letitia  
plenus ad propinandum uertit.  
Poſtridie uero ubi ex conſuetudine  
thoriſ omnes diſcubere: Rex ſup-  
to tempore eos qui ſuper erant ſer-  
rogat: a primo eorum petens:  
*quoniam modo qſ in ſuperbiam  
non extollatur.*

**R**espondit ille: ſi equalitate  
ſeruet: & ſingulis in rebus  
ſui ipſius meminere: reuoluens

animo ut homo hominibus presit:  
utq; deus deleat superbos: mansue-  
tos & humiles extollat. Hortatus  
hunc sequentem ad dicēdū mon&:  
*quibus consultoribus utendum sit.*

**H**is ait: qui multis in rebus  
uersati summam erga te  
beniuolentiam seruent: atq; mo-  
ribus sint tui similes. Sed dei clari-  
tas ostendit: qui sint huiusmodi  
digni. Laudans & hunc ab alio  
postulat:

*quid sit regi maxime necessarium.*

**S**ubiectionum inquit amor  
& dilectio: Per haec namq;  
insolubile beniuolentiae uinculū  
textitur: Deus enim ea perficit:

que recte eliguntur. Huic annuēs  
aliū diffinire hortatur:

*Quis sit orationis finis.*

**T**um ille. Proposito ait de  
quo dicendum sit: aduer-  
sario persuadere: diluendo contra-  
ria & inepta ostendendo. Sic em  
inoffenso currens pede finem mit-  
ta laude assequetur. Sed dei ope  
dirigitur persuasio. Bene & hunc  
dicere testatur. aliū interrogat:

*quomodo multis in regno popu-  
lis se accommodet:*

**S**il decenter cuiusq; distri-  
bueris inquit: iustitiamq;  
quemadmodum facis ducem se-  
queris: prebente deo tibi recta dis-

cernere. Congratulatus & huic ad alium dixit:

*In quibus est tristandum.*

**A**D hæc ille respondit: In amicorum aduersis: quãdo quidem diuturna ea & ineu- tabilia cernimus: que ue calamitatibus opertos interimant. nam & in his mestitiam nulla ratio le- uat: si de his in quibus desperamus: neq; quicquam in eis utile inueni- mus: mortales omnes contristant. Malum uero effugere diuine po- tentie est. Sic illi respondendum fuisse attestatus ad alium transit: petens:

*quare quis in glorius fiat:*

**R**espondit ille: Si quando  
superbia quis ductus ex-  
asperetur: uituperationes tunc  
subeunt & glorie priuatio. Na-  
deus totius glorie dominator:  
ea que uult declinat. Hoc colla-  
udato alium exinde ostendere  
uelit precatur:

*omnibus se ipsum credere oportet.*

**H**is qui tibi beniuolentia  
ita afficiantur inquit:  
ut neq. timore neq. cupiditate  
lucroue tangantur. Amoris ue-  
ro signum difficulter apparet: &  
temporis obseruatione indiget.  
At tibi omnes tui amatores adsunt:  
deo tibi recta consilia prebente:

^ Nam q. diuinitus in-  
tendit: natura  
p. ditor existit.

64

Prudenter & hunc dixisse dicēs  
aliū rogat:

*Quid regnum conseruet:*

**I**lle; cura & meditatio  
respondit: ne quid a re  
prepositis male agatur. cōmit-  
taturq; in plebem: quemadmo-  
dum facis: cum tibi deus presta-  
tem intellectum prebeat. Hoc  
laudato deinceps petit:

*Qua re gratia honorq; seruet:*

**V**irtute ille inquit. Ea enī  
pulcherrimorum operū  
perfectrix malum conculcat: quē  
admodum & tu quidem excellē-  
ti erga omnes bonitate obseruas:  
quod diuino tibi munē prestatū.

Gratia multa huius quoque dicta reci-  
piens undecimum inde quoniam  
duo ad septuaginta superarent po-  
stulat:

*quomodo & in bellis quoque ani-  
mo pacifico se habeat:*

**S**il proposueris animo ait:  
nihil perperam a tuis du-  
cibus committi: uerum omnes  
de uirtute inter se se certare:  
quoniam eam spem animo fixam  
habeant te suarum rerum curam  
gesturum: si illos uita cedere con-  
tingat. Non enim tristitia afficie-  
ris: quando quidem cuncta diu-  
no munere recte disponas: pre-  
sente deo tibi bona sapere. Hic



omnes applausu suscipiens / letitia  
 effunditur: ac cuiq; propinans cū  
 his diutius oblectatur: Septima  
 uero die splendidiore apparatu:  
 quod plures e ciuitatib; legationes  
 adessent: conuiuio instructo rex  
 per occasionem ad eos uersus qui  
 nondum sententias dixerant: eo-  
 rum primum dicere monet:

*quem admodū recte ratio cernet.*

**I**lle: Si tecum inquit re-  
 putaueris & dicta ipsa: &  
 a quo dicantur: & qua quisq; de  
 re loquatur: eademq; multo post  
 tempore uariis modis perquisie-  
 ris. Nam ingenii acumen ad dis-  
 cernenda queq; quem admodū

& tu possides rex: dei pulcherrimū  
est donum. Ea plausu approbans  
rex alium postulat:

*Propter quid est: qđ pleriq; uir  
tutem non assequantur.*

**H**ic ille; quoniam natura ait  
mortales omnes inconti-  
nentes & ad uoluptates pronos fi-  
xit: ex quibus iniustitia gignit  
& auaritię cumulus. Virtutis  
uero status alto loco fixus eos ma-  
xime prohibet & reuocat: qui uo-  
luptatibus deuincuntur: fortitu-  
dinem namq; & iustitiam potissi-  
mum colendas iubet: quarum  
ductor & largitor deus est. Re-  
cte & hunc respondisse asseres.

ab alio petit:

*quid reges potissimum seq̄ oporteat:*

**R**espondet ille: leges: ut iustis operationibus mortalium vitam regant: quemadmodum & tu perageni perhemine tui memoriam fecisti: diuina precepta secutus. Hoc collaudato sequentem rogat: inquis:

*qui magistratibus preficiendi sūt.*

**I**lle: quicumque aut iniqua odio habent: ac tuos unitatur affectus: laudumque dulcedine tracti iusta semper ad adipiscendam gloriam operantur. quod & tu profecto rex quando quidem deus iustitie coronam tribuit: alleq̄

ris. Et huic uoce approbans ad ali  
um uersus poscit:

*qui sint in duces eligendi.*

**Q**ui fortitudine & iustitia  
excellant inquit: quique  
hominum salutem cruento uictoriae  
anteponant. Nam & deus bo  
na ad omnes operatur: quem in  
seculis bonis afficit subditos suos.  
Huic responsum laudans quirit  
inde:

*qui uir admiratione dignus sit.*

**A** Dea ille; quicumque refert  
gloria diuitum & poten  
tia exuberans. equam tamen er  
ga omnes mentem habeat: quem  
admodum & tu talem te gerens

omnibus admirandus existis. De  
 us enim in hanc curam te ducit:  
 Annuens huic ad alium dixit:  
*quibus in rebus reges diutius uer  
 sari debeant.*

**T**um ille; In rerum gesta  
 rum cognitione ait: in  
 legendisq; incumbendum operū  
 libellis temporis plurimum assume  
 re oportet: & quaecunq; obserua  
 da regna emendandosq; hominū  
 mores scripta sunt: perquirere.  
 quod tu cum studio peragis: deus  
 q; consilia tua secundet: excellē  
 tem supra alios gloriam obtines.  
 Gestiens huic iubet: ut ordine a  
 lius dicat:

quid per oculum agendum sit:  
ne inertia torpeat.

**I**LLe ad hæc; Considerandum  
est ait multa cum diligen-  
tia quæcumq; in mentem ueniunt:  
& ante oculos uite formam & yma-  
ginem quandam proponendam:  
tamen qua quæq; ui perfecta sunt  
considerandum. Est enim & i his  
decussum & eruditio quædam:  
nam & sepe in minimis egregium  
quoddam elucet: quod eligat. Tu  
uero quando bonitatē tibi deus  
sufficit: elegantiam omnem prop-  
ter philosophandi studium ample-  
cteris. Hunc dictis extollens non uī  
petens dic ait:

quomodo in conuiuio transige-  
dum sit.

**I**S dicendi cupidus affumē-  
dos esse refert: & q̄ regni  
negocia meminisse possint: & pri-  
cipum uitas narrare: his nanq̄ su-  
auius nihil neq̄ iucundius inue-  
niel: quoniam hi quidem ad eru-  
ditionis pulcherrima queq̄ instru-  
eti deum uenerant: quod tu pro-  
fecto facis: cum presertim tibi deus  
cuncta fortunet. Letatus his dictis  
deinceps interrogat:

quid potius sit populis: an priua-  
tum quepiam regem sibi constitu-  
ant: an uero ex rege genitum  
regem sequantur.

**R**espondit ille; id quod nature decentius est. Et enim cum reges ex regibus orti in suaues & asperi erga populos habeantur: longe magis & qui a priuato loco ad hanc magnitudinem euehunt: quando & pauperiem & duros labores experti sunt: truculentiores impus tyrannis euadent: ut quidam subiectis imperantes. Verum ut supradictum est: mos optimus & institutio communis ualentissima ad regnandum est: quemadmodum tu rex magne imperas. Nam non tantum gloria & imperio & diuitis excellis: quantum mansuetudine & benignitate uniuersos dei munere al-



licis. Diutius & hoc collaudato uer-  
sus ad ultimum & tu dic inquit:

*Quid sit in regno optimum.*

**T** Vin ille: In pace inquit sem-  
per populos continere: atq;  
in causis peragendis q̄ citius recte ui-  
dicare: Hæc per principem fiunt:  
quando malos exosus bonos diligit:  
plurimiq; exultināt si hominis animā  
saluam reddat: sicuti & tu qui homi-  
nis necem summum ducis scelus: cum  
etq; uultitiā moderans per heinne  
gestorum tuorum gloriā exornas:  
cum deus tibi liberam malis mentem  
omniq; labe exemptam illustrauerit:  
His simul dictis ingens plausus attol-  
latur: cunctaq; letitia & gaudio diuti-

us complentur. Sed ut sunt facta  
silentia tectis: rex craterē mero sta-  
tuens propinat: & his qui sententi-  
as dixerant: & prestantibus omni-  
bus: atq. ita orsus; Magna mihi in-  
quit uestra presentia affulxerunt  
bona: nam & plurimum cōmodi  
uestris responsis & doctrinam ad  
regnandum attulistis. Hinc tria-  
cuiq. argenti talenta & puerum q.  
ministrauit: donari instituit. Ea  
approbantibus uniuersis & applau-  
dentibus letitia & gaudio conuiuū  
effunditur: Rege ante omnes fe-  
stiuissime soluto. :-

**P**Lura equidem de his dixi  
Philocrates: hominum sapi-

entiae affectus. Mirabar namq. ui-  
 ros sic ex tempore ad proposita que-  
 q. tam accommodate tamq. elegan-  
 ter respondere potuisse: cum pre-  
 sertim questiones huiusmodi diu-  
 turna meditatione perquisite fu-  
 erint: & qui interrogabat multa  
 prius cogitando singula proponeret:  
 & illi ex temporaneis mensis ita in-  
 ter se se conuenerunt ac si de his  
 diutius consultassent. Quapropter  
 admiratione digni uisi sunt: cum  
 mihi & presentibus omnibus: tum  
 maxime philosophis. Verum enim  
 uero legentium haec fidem excel-  
 lere arbitror: & maiora uideri: q̄  
 quisquam credere possit. Sed qua-

re ipse falsum aducere uoluerim: cū  
eadem & in regis monumentis cerni  
liceat: in quibus uel minimum pre-  
termitti summo sceleri ducitur. Ve-  
ra igitur atq; ut singula gesta sunt:  
omni prorſus errore abiecto refe-  
rimus. Quia in re quo uerius singu-  
la teneremus: ea diligentia usus ſū:  
ut aſſumptis regis actus in quibus  
gesta regis dicta queq; & reſponſa  
conuiuiaq; referuntur: noſtra hæc  
ex illis mutuati ſumus. Moſ eſt &  
enim quotidie: quemadmodum  
noſti: ex ea diei hora qua primum  
rex reſponſa reddere ceperit: uſq;  
dum ſomno quieſcat: ſingula eius  
dicta geſta facta litteris demanda

re. Rem profecto uilem & recte  
 institutam: ut cum prioris diei res-  
 ponsa & acta releguntur: si quid  
 minus commode gestum sit emen-  
 dari possit. Igitur cuncta sicuti  
 diximus regis monumenta dilige-  
 ntius perscrutatus: hæc ad te idcir-  
 co transcripsi: quoniam intellige-  
 rem quantopere bonarum artium  
 desiderio teneris. Post tris uero  
 dies quæ ea gesta sunt: Demetrius  
 uiros ad maris insulam deducit:  
 transmissosq; aggere septem sta-  
 diorum pontem transgreditur:  
 regionem inde quæ ad boream uer-  
 git petens ad preparatum confes-  
 sum uenit. (domus erat supra litus

perq̄ decenter ornata: & que mul-  
to silentio quiesceret: rebus omnibo  
ad uite usum elegantissime dispo-  
sitis: illic eos ad peragendam inter-  
pretationem hortatur. Viri singu-  
la inter se differendo consonum  
quid edebant: rursusq̄ ex his in qui-  
bus omnium consensus accesserat: il-  
la Demetrio habenda seruabant: q̄  
digniora elegantioraq̄ uidebantur.  
Extendebatur confessus huiusmo-  
di & disceptatio ad nonam usq̄ diei  
horam. Soluta huiusmodi consilio  
ad curanda corpora disceditur. Et em̄  
ut prediximus: cuncta sumptuosissi-  
me prebebantur: nam & quecunq̄  
per singulos dies rex preparabat: ea

dem & his Dorotheus cui ea cura de  
 mandata erat studio assequeretur.  
 Adhuc quotidie regiam aulam in  
 uisabant: ubi rege consalutato ad  
 consueta loca diuertunt: atq; ut  
 mos est iudeis omnibus manibus pri  
 us in mari lotis deo preces effundunt.  
 lectioni inde & rerum interpreta  
 tioni operam dant. Interrogauit e  
 quidem & illud quoq; cuius rei gra  
 tia cum uota facerent manus pri<sup>o</sup>  
 lauarent. Querenti talia demonstra  
 runt illud testimonium esse: ne qd  
 perperam agant: sed pie cuncta sa  
 cteq; perficiant: quando quidem  
 uniuersa opera manibus exerceat:  
 recte singula ad iustitiam & uerita

tom sicut praediximus referentes.  
Igitur & uiri & loci silentio & qui-  
ete habiti magna q̄ ubiq̄ rerum  
amenitate splendoreq̄ traducti/  
propositum opus expoliunt. Eue-  
nit autem ut duobus & septuagin-  
ta diebus quasi id e' composito in-  
ter se se factum fuisset: perficeret̄  
huiusmodi scripture interpreta-  
tio. Etiam uero Demetrius rebus  
rite peractis omnem iudeorum  
multitudinem in eundem locū  
ubi interpretatio perfecta est ad-  
uocat: rem omnem a principio e-  
docet presentibus interpretibus. quos  
uniuersa multitudo maximis gra-  
tis & laudibus prosecuta est: quoni-



am prestantium bonorum causa ex  
 titerint. exinde Demetrium uene  
 rantur: orantq; ut legem huius  
 modi transcriptam suis principib;   
 permittere uelit: donec eius com  
 positionem considerent. Igitur dum  
 lex cognoscitur: adstantes inter  
 pretum seniores urbiumq; legati  
 & multitudinis principes una om  
 nes attestantur recte & sancte unū  
 quodq; interpretatum esse: & bene  
 se se habere: si sic permaneāt: nec  
 in uno quidem permūtetur. Appro  
 bantibus ea omnibus & rogationi  
 applaudentibus: iubet Demetrius  
 ut pro eorum consuetudine impre  
 centur: si quis uel addere uel mu

tare transferre delere uel audeat  
quicquam ex his omnibus: que  
scripta sunt. Cum uniuersa hæc re-  
cte expleuissent: ut per hecinnis il-  
la sit: semperq; seruetur adiuuat:  
Eadem ubi & illi leto plausu exop-  
tarunt: regi maxime gratificatus  
est: quod de mandatum sibi munus  
egregie obisset: traderetq; per fe-  
ctum. Hic rex post ubi studio cun-  
cta explorat: discitq; legislatoris  
sensus quosque: longe admiratus:  
ad Demetrium ait; ut fieri potuit:  
quando talia hæc tamq; perfecta  
sunt: quod historicorum ac poeta-  
rum nemo ea sibi assumpserit: Tum  
ille; cum ob uenerandã legis institu-

tionem refert: tum quia deus pro  
 hibuerit. nam quidam tantū opo  
 sibi assumere ausi / mox diuina ul  
 tione percussi / consilio abstiterē:  
 testaturq; inde se audisse Theopō  
 pum: quoniam ex lege secretiora  
 quedam in historia audaciul trā  
 ferre conaretur / supra triginta  
 dies mentis perturbatione corrup  
 tum: qui cum per morbi interual  
 la deum implorasset: ei manife  
 sto per insomnium demonstratum  
 est: ea gratia id sibi contigisse:  
 qđ diuina peruertens / in uulou  
 prouocare tentasset: quibus uilis /  
 emendatus: & menti redditus est.  
 Equidem & ipse comperi apud

Theodectum tragediarum scriptorem,  
se luminibus captum: dum quaedam  
ex huiusmodi libris in suum poema  
transferre uellet. Verum ubi eam  
esse cecitatis causam animaduertit:  
deum plures orasse dies: atq; ita re-  
stitutum ait. Tum rex obtestatus  
haec a Demetrio perpulchre dici  
adorat: iubetq; ut in seruandis cu-  
stodiendisq; ab omni macula libris  
summa adhibeatur cura. Exinde  
interpretes per benigne alloquens,  
ut cum in uideam uenerint: fre-  
quentius ad se commere uelint  
hortatur. Equum est enim inqt:  
ut nunc pro dignitate domum  
deducantur. Si uero redierint: a

micos illos sic ut fas habiturum: &  
 magnis in super muneribus ornatu-  
 rum pollicemur. Mox hominum  
 reditus paretur: imperat: digna sui  
 magnificentia erga eos usus. et enim  
 singulos tribus indutis stolis donat:  
 additque preterea auri talenta duo:  
 crateremque præstantem talenti pon-  
 do unius: addit omnem diuersorum  
 ornatum. Mittit ad hæc Eleazaro tho-  
 ros decem argenteis pedibus suffultos  
 cum his omnibus rebus que ad illos  
 decus exquiruntur: calice in super  
 talenta triginta: stolas decem pur-  
 pura: coronamque decentem: tunicas  
 byssinas ad centum: & phialas &  
 pelues crateresque aureos ad libamina

duos. Litteris deinde suis eum exhortatus est: ne homines prohiberet: si quando eorum quispiam ad se redire mallet. nam cum doctorum uirorum consuetudines pluris faceret: in his consequendis opes suas non quidem uanis in rebus ut prodigi superuosisime elargiebatur. Habes tu quidem Philocrates munus: quod polliciti sumus: in quo legendo maiorem profecto te uoluptatem capturum arbitror: quam si in perquirendis fabulosarum rerum libris obleteris: cum presertim magnorum gestorum exercitatione in quo quidem diutius uersaris: ingenium exactual. Quapropter enitar digna quam

ad te deinceps perscribere: ut prestā  
tissimarum rerum consideratione  
pulcherrimum inter nos amoris cer  
tamen excitetur: Vale: ~

FINIS ARISTEE AD PHILOCKA  
TEM FRATREM DE INTER  
PRETATIONE SEPTVAGITA  
INTERPRETV PER MATHIÄ  
PALMIERVM PISANVM E GRE  
CO IN LATINVM VERSI: ~

.D.G.VQ.M.


.G.H.S.I. ~


Pro Bibliotheca generosi domini Jacobi  
Fuggeri Zerichbergae Vicary Baronis

Viane!  
(Viane = Voigtsberg?)  
- veltu Weissen born!  
Val. Plat. 175!

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS







BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS

Bl. 1 Initial und generalte  
Einführung

q Tiraboschi: VI (p 663) ed. a. 1809

129

